Delegatio habet vim solutionis, ita vt debitor liberatur à suo creditore, Surd. dec. 23. vbi remittit se ad scripta in conf. 4. num. 10. & decif. 187.

Delegatus à lege, vel à Principe, potest delegare alium, l. 1. ff. de officio eius, & ibi Alex. & Dec. l. à Iudice ff. de iudicij.

Limitatur vt non procedat in Delegato à l. prætoria, l. 3. §. 1. & ibi gloss. notat iuncta l. 1. ff. de damno infecto.

Delegatus potest exequi suam sententiam post expiratum tempus suæ iurisdictionis, gloss. in cap. de causis de offic. delegat.

Delegati loco simpliciter impediti si detur alius Delegatus qui cepit de causa cognoscere, etiam cessante impedimento prior Delegatus non potest se intromittere in illius causæ cognitione, cap. plures de offic. delegat. in 6. & cap. quamuis alij eod. tit. cap. si duo §. ceterum de procurat. in 6.

Limitatur in Ordinario, quia Ordinarius impeditus, semper retinet iurisdictionem suam ordinariam saltem in habitu, & habitus facile reducitur ad actum, sed in Delegato tota iurisdictione primi videtur translata in eum qui est subrogatus, & sic iurisdictionem quam non habet propria autoritate reassumere non potest, late Petr. Barbosa ad legem si longius 18. in princ. ff. de iudic. nu. 36.

Delictum, & Delinquens.

Delictum non presumitur, l. merito ff. pro socio, & in dubijs debemus presumere factum eo modo, quo licet, & non aliter, ut à delicto quis excusetur per dic. l. ex merito, & quod not. Bart. in l. non solum §. sed ut probari ff. nou. oper. nunc. nu. 3.

Delictum in mari commissum puniri debet à Iudice propinquioris loci, seu Ciuitatis, l. Insule ff. de iudic. vbi Angel. de peru. ita inquit fuisse decisum, Pils in conf. Bar. quem refert Roderic. Suar. conf. 1. de vsu maris num. 3. quia illa particula maris quantum ad hoc intelligi subiaccere Ciuitati Pisarum quod obinet secundum d. Angel. de Peru. vbi supra, etiam si illa particula maris esset valde remota à loco, sitamen nulli alij essent propinquiores.

Delictum patris nocet filio in crimi-

ne barattaria, videto supra in verbo Barattaria num. 9.

Delinquens si conueniatur, & soluat per eiusque solutionem ceteri delinquentes veniant liberati, an possit ab alijs repetere, vide gloss. à contrario sensu meo iudicio in §. penult. in l. ex maleficijs in verbo agendum ff. de act. & obligat. & addit. ad Bart. in l. semper §. si in sepulcro ff. quod vi aut clam.

Et an vnus ex delinquentibus soluens penam ceteros liberet, vide Ang. in §. penales in tit. de act. in gloss. in verb. penales, & Bart. in d. l. semper §. si in sepulcro, & idem Ang. in d. §. num. 10.

Denuciatio.

Denuciatio, seu noua protestatio precedentem moram remittit, Bart. in l. Aemilius ff. de minorib. & ibi las. in l. si ex legati causa ff. de verb. obligat.

Depositum, & Depositarius.

Depositum conditionale non suffragatur, Rot. decis. 71. par. 2. diuers. nu. 9. & decis. 652. par. 1.

Deponere non est soluere in liquidis Rot. decis. 623. par. 1.

Depositarius soluens de mandato Iudicis liberatur si sit depositarius à Iudice constitutus, secus si à partibus, Bald. in l. fin. sub. num. 5. C. de bonis authorit. iud. poss. Raphael conf. 125. & vide Brun. conf. 1095. Roman. cõf. 287. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloss. 9.

Depositum verum dicitur etiam quod non interueniat vera numeratio, sed deducatur in depositum aliud creditum, Castren. conf. 170. lib. 2.

Deponens rem aliquam penes aliquem clausam, si sibi reddatur aperta potest suo iuramento probare quæ deficiant, Castren. in l. 1. §. sic ista ff. de depõiti, Cepoll. caut. 2010.

In deposito non fit compensatio, videto

deto supra in verbo compensatio num. 13.

Detentatio.

Detentatio triplex quædam iuris, quædam facti, alia meri facti, vt declarat Gomez. de regul. Cancell. de annali quæst. 57. num. 3.

Detentatio expirat morte detinentis, Seraphin. decis. 157.

Detentatio nuda perditur eo modo quo possessio, Ang. in l. si finita §. si quis metu ff. de damn. infect.

Dictio.

Dictio, statim, excludit temporis moram, & interuallum, l. edibus §. secundum ff. de edilitio edict. & redhibet.

Dictio, vtrosque attribuit cuique actum in solidum, Bart. in l. hoc articulo num. 7. de hæred. instit.

Dictio æquæ, facit, vt coniuncti cum disiunctis æqualiter admittantur, & succedant in capite non instiipes. Interdum vbi Bart. ff. de hæredib. instit. vide Dec. consil. 412. viso eleganti Durant. de arte testit. de hæred. instit.

Dictio proinde est repetitiua omnium qualitatum, notat Bart. in l. 1. ff. de receptorib.

Dictio, ita quod, quandoq. stat dispositiue, Ruin. cons. 53. num. 2. vol. 2. & cons. 84. num. 2. vol. 3. & auget Paris. cons. 1. num. 24. lib. 3. Gabr. cons. 71.

Regulariter verò stat limitatiue, & modificatiue, Capyc. decis. 108. num. 7. Aymon. cons. 25. num. 26. Crauet. cons. 201. nu. 41. Rot. dec. 325. par. 1. diuers.

Dictiones taxatiue excludunt omnem casum, & omnes alias personas præter expressas, Bart. in l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperau. vbi Ias. num. 9. latissimè.

Limitatur vt non procedat in casu æquiparato §. præterea, & ibi gloss. in verbo dolo, instit. quibus modis

re contrahin. oblig.

Limitatur etiam, vt non excludat hæredes, vt notat Arer. in §. actionum nu. 53. instit. de act. & videas Bal. in l. fin. C. de act. empti. & ibi Add. in contrarium per text. in l. qui in futurum §. 1. ff. de pact. vide Euerard. in sua centuria in loco à ratione legis larga, seu generali.

Limita vltimo, vt non excludat ea quæ veniunt de consuetudine, Ias. in l. si constante num. 96. ff. de solut. matr. vbi plura de dictione taxatiua.

Dictiones citra, contra, & præter, in quibus differant, & quid importent, vide Add. ad Abb. in cap. prudentiam de offic. iud. delegat.

Dictiones significantes terminum à quo, & ad quem, & an includant, vel excludat, vide latè per Oldrad. cons. 49.

Dictio dictis, restringit orationem, Crauet. cons. 98. Dec. cons. 213. Alex. cons. 173. num. 6. lib. 5. & refertur ad ea quorum nomina legi possunt, Socc. iun. cons. 163. num. 8. lib. 2.

Dictio, & cætera, significat perfectionem contractus, & comprehendit ea quæ sunt ad perfectionem necessaria, Bald. in l. magis puto §. si pupillus ff. de rebus eorum qui sub tutela, Gonzal. super regul. 8. gloss. final.

Dictiones, sicut, & secundum, non faciunt dispositionem conditionalem, nisi in cõfirmationibus communibus, Felyn. in cap. quoniam, Abb. de offic. deleg. nu. 10. Roman. cons. 328. num. 6.

Limita vt ibi per Felyn. quædo disponens habet auctoritatem de nouo concedendi, & illud quod refertur non inuenitur.

Dictio repetitiua qualitatum præcedentium non vendicat sibi locum vbi

vbi subiecta materia non patitur dicta repetitionem, Honded. conf. 48. num. 17.

Dictum.

Dictum socij non facit iudicium, Sa-
20-lycet. in l. fin. C. de accus. Add. ad
Ang. Arct. in tract. malef. in verbo
hec est quedam inquisitio.

Limita quando sunt tres socij cri-
minis, quia plene probant contra
socij furti criminis, vt notat Vid.
deht. de Franh. procedere in hoc
Neapolitano Regno per disposi-
tionem pragmaticę 3. de furtis de-
cif. 570.

Limita etiam si dictum suum fue-
rit in tortura, Raph. Fulg. conf. 173
col. 1. ante fin. & alias limitationes,
vide infra in verb. socius verf. so-
cij criminis.

Dies.

Dies qua hora incipiat tam respectu
ieiunij, quam iudicij, gloss. in cap.
2. de ferijs. & ibi Abb.

Dies commissi criminis an debeat po-
ni in bello, dicit Bartol. in l. is qui
reus num. 9. ff. de publicis iud. &
Arct. in 5. ex maleficijs num. 12. in-
fit. de act.

Dies termini quando computetur in
termino, vide latè Rot. decif. 75.
part. 2. diuers.

Diffamatio.

Diffamatio debet esse talis quod in-
ducat notorium, super quo requi-
ritur declaratorio, Rot. decif. 523.
part. 1.

Differentia.

Differentia verborum, vide infra in
verb. verbuni num. 56.

Dignitas, & Digniora.

Dignitatis maiorem probatur ex
fama, & reputatione, Rota decif.
518. par. 1. diuers.

Dignitatem nouam in Ecclesia crea-
te pertinet ad Papam, Felyn. in cap.
cum accessissent num. 14. de con-
stit. & declara vt ibi.

Digniora sunt proponenda, vide su-
pra in Proemio num. 3.

Dilationes.

Dilationes causa cognita dari debent,
l. fin. ff. de ferijs, & in prima dila-
tione cognitio versatur circa mo-
derationem locorum, & in calum-
niosè petitur, & an quod petitur
faciat ad causam, vide gloss. Bart.
& Iaf. in d. l. fin. quæ si fuerit denegata
ab ea poterit appellari, Alex.
in l. propterandum 5. & si quidem
num. 13. C. de iudic. & ad hoc, vide
Bartol. in l. 2. num. 22. ff. de appell.
recip. Benjntend. decif. 11. num. 2.

Dilatio concessa respectu certe cause
non currit, nisi à die implementi
dictæ cause, l. tali ff. de iure dotium
d. si ita quis promiserit ff. de verb.
oblig. notat Gomez. super regul.
de annuali q. 67. nu. 5. & idem Go-
mez. ad l. 70. Tauri sub nu. 16. vbi
de emptore, & venditore, Bal. in l.
1. 5. eis qui ff. de edend. Gabriell.
conf. 152. num. 24. lib. 2. Crauete.
conf. 321. num. 8. Mantie. de tucit.
conuent. lib. 4. tit. 3. num. 45. in-
telligit tamen si terminus sit ap-
positus simpliciter, & in genere,
secus verò si in specie, d. Gomez.
ad l. 50. Tauri num. 18. Bal. in rub.
C. de cōtrah. empt. quæst. 25. Surd.
decif. 203.

Dilatio data non est licita aliqua
21 taxatio interesse, etiam quod pec-
uniæ sint dotales, Io: Andr. in cap.
salubriter, vbi etiã Card. de vsur. l.
aur. Rodulph. de vsur. quæst. 53.
Dec. conf. 39. Aymon. conf. 189.
Roland. conf. 55. nu. 20. lib. 2. Put.
decif. 324. lib. 1. sed istud viderur
limitari vbi peteretur interesse,
ex deductis infra in verbo vsura-
rius num. 64.

Dilatio, seu terminus non currit an-
tequam pars adimpleat, Iaf. conf.
10. num. 2.

Dilationes omnes ex stylo Rotæ re-
uocantur.

vocantur ante sententiam, Cassad. decif. 9. & Iudex semper debet dilationes renouare, Add. ad Abb. in cap. ultra tertiam extr. de testib.

Discussio.

Discussio vt dicatur legitime facta, debet pronunciari fuisse recte factam, Put. dec. 32. lib. 1. Negulant. de pignorib. in 1. memb. 8. par.

Dispensatio.

Dispensatio præsuntur quando ex verbis superioris colligitur scientia inhabilitatis, Felyn. in cap. si quando de rescript. sub num. 6.

Dispensatio striete intelligenda, Felyn. in cap. postulasi, & ibi limitat de rescript.

Dispensatio videtur concessa à Principe quando in litteris fit mentio de inhabilitate, Felyn. in cap. cum vigemium de offic. delegat.

Dispositio.

Dispositio non efficitur conditionalis ex eo quod conditio sit opposita executioni, secus si esset opposita substantiæ, l. ex his, C. quando dies legat. ced.

Distributiones.

Distributiones quotidianę perceptę veniunt in condemnatione fructuum, Rot. dec. 270. par. 2. diuers.

Distributiones quotidianę non connumerantur in fructibus beneficij, Oldrad. conf. 118. decif. 270. p. 2. vide Rot. dec. 618. par. 1. diuers. Cassad. decif. vnica de Clerico nõ residente.

Diuisio.

Diuisio facta per patrem inter filios non valet durante patria potestate, Abb. conf. 66. lib. 2.

Diuisio erronee facta in parte, retractatur in totum, Bursi. conf. 438. sub num. 1. Port. conf. 103. num. 8.

Diuitia.

Diuitiæ vnus alteri non profunt, nisi quando potest agi contra diuitem pro eo quod debet pauper, Cra-

uet. confil. 164. num. 6.

Dolus.

Dolus præsuntur in non defendente causam, & non exhibente iura, Crauert. conf. 172. num. 5. & late ex quibus deducatur dolus confil. 142. num. 14. & quando præsuntur, Felyn. in cap. si autem de rescript. Surd. conf. 373. num. 29.

Dolus re ipsa, & ex proposito æquiparatur, Rot. dec. 102. p. 2. diuers. Limita vt non procedat in contractibus quorum finis potest asserre cõmodum, & incommodum, Surd. conf. 114. num. 11. lib. 1.

Dolus late culpæ æquiparatur, videto supra in verb. culpa num. 18.

Domicilium, & Dominium.

Domicilium contrahitur, re, & verbo, Bartol. in l. prædia §. affin. ff. de fundo instruct. & nunquam sine animo, Angel. in l. heres absens §. 1. de Iudic. in 6. vide Bursi. conf. 397.

Dominium sine traditione non transfertur, l. traditionibus C. de pact. Amplia etiam quod titulus sit vniuersalis, & ex causa dotis.

Et declara vt non procedat in titulo ab intestato, Gomez. in tract. de contract. cap. 2. num. 5.

Dominium non transfertur ex sententia lata in personali actione, adjudicatoria, etia subsecuta traditione, nisi ad id tendat sententia, Rota coram Orano in Romana executionis de Brunis 11. Decembris 1591.

Dominium in antiquis probatur per famam, Ang. in l. at qui naturam. §. cum me absente ff. de rei vendicat. Affli. decif. 23.

Dominium potest referuari in venditione vsque ad solutionem pretij, Surd. decif. 157.

Dominium vtile nõ transit ex cessione, sed ex quadam æquitate fundata in cessione, Bellam. decif. 732.

Do-

Dominium rei legatz an transeat in legatarium à morte testatoris, vel à dic aditz hæreditatis, videto infra in verb. legatum num. 44.

In dominio confunditur hypotheca vide infra in verbo hypotheca num. 41.

Dominus.

Dominus alicuius rei tenetur ad solutionem expensarum circa illam rem factarum, §. ex diuerso instit. de rerum diuisione.

Dominus olim, an hodie præsumatur dominus, vide Aret. in §. sic itaque instit. de act. num. 13. & desingue vt per eum idein de possessore, & Euerard. in sua centuria in loco à tempore ad tempus.

Dominus potest rem furtiuam tollere, licet sit penes furem, Paul. de Castr. sing. 9. Innoc. in cap. olim de restit. spoliat.

Dominus non tenetur de delicto commisso per famulum, vel eius domesticum, Fely. in cap. Petrus extra de homicid. volunt. l. vnica ff. de furt. aduers. Naut. vide Add. ad Abb. in cap. postulasti in fin. de foro competentij.

Limita multipliciter, vt per Fely. in d. cap. Petrus per Bart. Alber. & Castren. in l. 1. §. familie ff. de public. Dec. in l. 1. num. 13. ff. quod quisque iuris, Abb. in cap. 1. de restit. spoliatorum nu. 7. vide Bero. quæst. 39. Seraph. decif. 527.

Donans, & Donatarius.

Donans potest donationem reuocare ante acceptationem, nisi adsit stipulatio donatoris, vel Notarij, Seraph. decif. 427.

Donator in dubio censetur donare ius quod habet, etiã quod sit morte finiturum, Rot. decif. 621. par. 1. & decif. 437. par. 1. num. 3. diuers. Spin. de testam. gl. ff. 18. num. 256.

Donans ali non debet à donatario, quando sibi reseruauit vsufructu

Alex. conf. 78. num. 5. lib. 4. & intellige vt per eum d. conf. 78.

Donatarius omnium bonorũ potest cõueniri actione personali a creditoribus donantis eo non solente, Rot. dec. 437. p. 1. diuers. Guid. Pap. dec. 105. Menoch. conf. 104. num. 66. lib. 1. & conf. 63. num. 12. Abb. conf. 202. num. 3. lib. 2. Boer. decif. 204. num. 42.

Donatarius quando tenetur ad solutionem debiti donatoris, vide per Abb. conf. 102. lib. 2.

Donata à patre filio simpliciter quãdo equant legitimam in eam imputantur, Bec. conf. 29.

Donata sponsæ à consanguineis viri acquiruntur viro, & soluto matrimonio spectant ad heredes viri, l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupill. subst.

Donatio.

Donatio propter nuptias appellatur quidquid maritus dat vxori in dotali instrumento etiam quod appellet agumentum dotis Surd. cõf. 196. num. 16. & seq. ad quod vide Honded. conf. 48. lib. 1.

Donatio tunc causa mortis facta videtur, cum in ea de morte mentio habetur, tex. (n.) scia in princ. ff. de donat. causa mort. in princ. instit. de donationibus, & vtroque gloss. & vide Bart. in l. quã dotis num. 3. ff. solut. matr.

Hoc tamẽ limitatur, non procedere quando esset factum pactum vt nullo casu sit repetitio, etiam si conualuerit donator, gloss. in l. Senatus in §. 2. in fin. ff. de donat. causa mort. & text. expressus in l. vbi ff. eodem, & Bald. dat aliam limitationem in d. l. quã dotis ff. de solut. matr. videlicet quando mentio mortis esset facta ad taxandum tempus in quo esset bona tradenda, quem videas.

Secundo limitatur, vt non procedat

dat quando essent adhibiti duo testes, quia tunc iudicatur donatio inter vivos, licet fuisset dictum causa mortis, arg. l. quoties ff. de reb. dubijs, & quia ex modo procedendi colligitur mens disponentis, l. codicillum C. de testam. Alex. in l. quæ dotis ff. de solut. matr. nu. 13. & ibi las. num. 46. vbi alias asserunt limitationes.

Donatio causa mortis facta filio, eiq; dato substituto post mortem suam non intelligitur cum illa conditione si decesserit sine liberis, prout in fideicommissis, ita Paul. de Cast. in l. ei cui ff. de donation. caus. mort. addit. ad Bartol. in d. l. ei cui.

Contrarium meo iudicio volunt glos. & Bal. in l. 1. C. de donat. caus. mort. nisi forsã diceret quod quando ab Accur. duæ recitantur opinioniones cum vltima pertransire cõsetur, iuxta doctrinã eiusdemmet Accur. in l. qui filium §. Sabinus ff. ad trebell. sed aduertendum est, quod d. l. 1. C. de donat. caus. mort. in fine sui comentarij sentit donationem causa mortis esse quasi fideicommissum, ergo non adest exdem ratio.

Donatio inter virum, & vxorem non est contra bonos mores, & iuramento confirmatur, Capell. Tholosan. quæst. 162.

Donatio morte confirmata habet vim relicti, & sumit vires, prout ex nunc, non autem prout ex tunc, & impugatur in legitimam, Roland. conf. 11. lib. 1. num. 31. & seq. Gabriell. conf. 82. lib. 1. in fin.

Donatio excedens summam quingentorum aureorum, licet non sit infinita, tamen iuramento confirmatur, Abb. conf. 95. lib. 1. Alex. in l. nemo potest ff. de lega. 1. Nonius conf. 1. num. 13. Dec. conf. 238. nu. 3. & conf. 432. Alex. conf. 4. nu. 10.

lib. 1. maxime quando adest clausula renuncians, Capyc. decif. 159. num. 31. Non. d. conf. 1. num. 19. Serafin. de priuilegiis iuram. priuileg. 73.

Donatio facta à marito vxori habet tantum conditionem si vxor superuiuat, l. à marito C. de donat. inter vir. & vxor. Rol. conf. 25. num. 24. lib. 2.

Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum non valet, quando donans ita modicum sibi reseruauit, vt verisimiliter non sit habiturus heredem, Cagn. in l. fin. C. de pact. Ceph. conf. 288. num. 12. Panciroli. conf. 172. num. 9. Non. conf. 55. nu. 1. per l. scio de restit. in integr. & per Doct. Salic. in l. stipulatio hoc modo de verb. oblig. saltem debet esse vigesima pars bonorum donatoris, Clar. §. donatio q. 19. Panciroli. vbi supra, Cephal. conf. 488. alias 485. lib. 4. & quinquaginta esse modicum admittit idẽ Cephal. cõf. 288. immo quinquaginta aureos esse modicum reseruationem, admittit Panciroli. d. conf. 172. vide de hoc, Cagn. in d. h. fin. num. 141. C. de pact.

Et quando donans nihil omnino sibi reseruauit (etiam iramento firmata) non valet, Bart. & communiter Doct. in d. l. stipulatio hoc modo concepta de verb. obligat. Clar. lib. 4. recepta sententia §. donatio q. 20. & vide omnino Surd. conf. 39. num. 11.

Amplia istud enunciatum, etiam si donatio fuerit facta contemplatione matrimonij, l. pactum quod dotali, & ibi las. in fin. Dec. & alij C. de pact.

Primo limita in donatione ad piã causas, Clar. in d. §. donatio quæst. 20. Cagn. in d. l. fin. num. 138. C. de pactis vbi de communi.

Secundo limita, quando sunt donata omnia bona presentia, & futura,

iura, mobilia, & immobilia, quia non veniunt iura, & actiones, laf. in d. l. f. pulatio nu. 22. fentit Clar. fupradic. loco Cagn. de communi in d. l. fin. num. 256. Menoch. conf. 47. nu. 1. & 2. lib. 1. Dec. conf. 414. num. 11. & fublimita quando est articulatum, & probatum ad effe iura, & actiones, Surd. conf. 39. numer. 11.

Tertio limita. vt per Cagn. in d. l. fin. num. 253. Nontus conf. 15. nu. 7. quando ille habebat præciofa, quæ non cenfentur donata.

Donatio propter nuptias non gaudet eodem privilegio, quo gaudet dos, Cyn. in l. cum multæ ver. f. ad l. iftam oppono Salic. nu. 4. Ang. nu. 3. Alber. num. 2. C. de donat. ante nupt. & propterea pro ea non competit hypothecaria, Salyc. in l. vbi adhuc num. 10. & ibi gloff. in §. fin. C. de iure dot. nec de ea debentur fructus, quemadmodum de dote, Afflic. decif. 284. & 291. num. 2. Fulgof. conf. 92. nu. 3. Corn. conf. 240. num. 4. vol. 3. Grammat. decif. 103. nu. 97. & 98. vide Gomez. ad l. 50. Tauri num. 41. quamuis debeat affecurari ficut dos, Roland. conf. 9. num. 12. lib. 1. Berou. conf. 45. num. 19. Roland. de iure dotis quaft. 10. num. 5.

Donatio facta vni fub conditione, q. poft mortē primi donatarij denegiat ad Ecclefiam, an poffit dic. donatarius remittere donationem donanti, in præiudicium Ecclefie diftingue, & vide Aym. conf. 135.

Donatio inofficiofa re, & confilio reuocatur in totum, non autem vſque ad quartam legitimæ ſecundum magis cõmunem opinionem Becc. conf. 68. Rot. decif. 488. part. 1. diuerſ. niſi fit facta filio, Gratian. difcept. forenſ. 472. lib. 3. Serafin. decif. 410.

Donatio facta à filio familias de bo;

nis de aduētitijs, in quibus pater habet vſumfructum eſt nulla, nec morte patris confirmatur, Aym. conf. 39. nu. 3. vide Crauet. conf. 84. lib. 2. decif. Pedem. 94. num. 8. Clar. in præc. crimin. §. donatio in princip. Roland. conf. 89. num. 4. lib. 4.

Et quod recõualeſcat mortuo patre, tenet Caſtrenſ. conf. 381. lib. 1. Amplia, etiam ſtante iuramento, Aym. d. conf. 39. nu. 3. & 10. & conf. 84. num. 2. Curt. iun. conf. 153. & 154. Didac. in cap. quamuis in §. 3. num. 8 de pactis in 6 Alex. conf. 7. lib. 6. Roland. conf. 89. lib. 4. nu. 4. & Cotn. in conf. 310. nu. 7. lib. 4. videtur tenere, quod iuramento confirmetur Ruin. conf. 129. num. 3. vol. 1. Corn. conf. 35. vol. 3. Rip. in l. is cui num. 57. de verb. oblig. Cephal. conf. 487. nu. 48. lib. 4.

Donatio facta alicui in vita, & poſt mortem ſuis filijs, & hæredibus, an acquiratur filijs, & nõ hæredibus, primo putarẽ acquiri filijs hæredibus, per l. ſi hæredi de cõdit. inſtit. Secundo, per doctrin. Bartol. in l. Gallus §. quidam recte ff. de liber. & poſth. Clar. lib. 4. §. emphiteuſis quaft. 37. Grammat. decif. 59. nu. 38. Bartol. in l. vt iusiurandi §. liberi de oper. libert. laf. in l. ſi non, ſortem §. libertus num. 35. de oper. libert. Intellige vt ſatis videatur eſſe ſi ſit inſtitutus in re certa, per ea quæ tradit Bart. in d. l. vt iusiurandi §. liberi de oper. libert. cui videtur obſtare, text. in l. quoties C. de hæredibus inſtit.

Declara vt per Clar. in d. §. emphiteuſis quaft. 38. & vt per Put. decif. 390. lib. 1.

Donatio facta alicui legato Principis acquiratur Principi, ſi tamquã legatus accepit, ſecus ſi vt alia perſona, gloff. in l. quia proprio §. Procurator ff. de procurat. Bartol. & Alex.

- Alex. in l. si verò §. item quicquid ff. de solut. matr.
- Donatio inter patrem, & filium non valet, l. 2. C. de inofficiosis donat.** intelligendo obligatione civili, non autem naturali, Bart. in l. frater à fratre num. 27. ff. de condic. indebiti Crauet. conf. 148.
- Limita, vt per gloss. in d. l. 2. C. de inofficiosis donat.**
- Limita secundo in dote, l. Pomponius Philadelphus ff. fam. l. i. c. un. Tertio limita si pater donaret filio ob benemerita quo casu donatio valet, vt per Bart. in d. l. frater à fratre num. 27. & ibi las. num. 44. vbi latissimè.**
- Limita vltimo si adesset iuramentum, Gabriel. tit. de donat. Capell. Tholos. quæst. 262.**
- Donationis remuneratoriæ priuilegia, vide per Add. ad Felyn. in cap. nouit ille in fin. de ludic.**
- Donatio facta à patre filio existenti in potestate, vt donet vxori propter nuptias valet, Castren. consil. 345 lib. 1.**
- Dos, & Dotare.**
- Dos soluto matrimonio restituitur post annum, l. vnica §. accedit C. de rei vxor. act.**
- Limitatur tamen in matrimonio putatiuo, quia restituitur in continent, Curt. lun. conf. 247. nam. 3. i. lib. 3.**
- Dos mulieris decedentis in secundo matrimonio sine filijs reuertitur ad patrem, licet habeat filios ex alio marito, Ang. Aret. in §. fuerat num. 6. in fit. de act. Bart. in l. post dotem n. 30. ff. de solut. matr.**
- Dos non computatur in bonis viri, vt propter eam videatur ditior, gloss. in l. ad subeunda 46. C. de decurionib. lib. 10.**
- Dos aduentitia potest recuperari à filia inuito patre, Auth. quod locū C. de collationib. Bartol. in l. post.**

- dotem num. 23. ff. de solut. matr.**
- Dos data mulieri pro omni eo, quod prætendere potest in bonis patris, & maternis, dicitur dos de proprio patrimonio, Crauet. cōf. 84. lib. 1. Castren. conf. 372. & ideo non valet pactum appositum à dotante in præiudicium ipsius dotæ, Castren. conf. 351. lib. 1.**
- Dos data à patre si non æquet legitimam potest pro supplemento filia petere dotem legatā ab Auo, Rot. decis. 642. par. 1. diuers.**
- Dos à patre profecta ad patrem redire debet, filia in matrimonio defuncta, l. dos à patre C. solut. matr. Limitatur primo, vt non procedat quando decederet relicto filijs, Bart. in l. post dotem ff. solut. matr. & ibi las. num. 99. & nu. 102. tenet etiā non procedere si moritur vidua relicto filijs, Thef. decis. 138. Sublimitatur tamen, vt nō habeat locum in dote promissa, quia etiā si cum liberis decederet, dummodo pater non esset in mora non teneretur dictam dotem soluere, Doct. in d. l. dos à patre C. solut. matr. Thob. Non. conf. 48. nu. 16. Doct. in l. post dotē ff. solut. matr. Abb. in cap. fin. extr. de donat. inter vir. & vxor. contra Gabriell. conf. 165. lib. 2. Honded. conf. 75. lib. 2.**
- Limita etiam quando dos est data pro legitima, & pro omni iure, quod debetur filia, quia tunc spectat ad filios, Castren. conf. 382. lib. 2. Crauet. conf. 84. num. 5. & de hac materia vide Bartol. las. Alex. Bal. & Hercul. in d. l. post dotē ff. solut. matr. Socc. iun. in rub. de sol. matr. num. 50. Bolognet. in d. l. post dotem, Gabriell. conf. 16. lib. 1. Rip. in l. in quartam num. 190. ad l. falcid. Dec. conf. 35. Roland. consil. 69. lib. 3. Capic. decis. 176. Grammat. decis. 54. num. 8. Ioseph**

- Ludovic. conclus. 1. 2. lib. 1. Rolā. in tract. de lucro dot. quæst. 5. nu. 9. Alex. conf. 67. lib. 1.
- Dos ab extraneo data nulla interposita cautione nõ reuertitur ad donantem, l. vnica §. accedit C. de rei vxor. ad. Abb. conf. 50. lib. 3. Abb. in cap. fin. de donat. inter vir. & vxor. Aym. conf. 15. num. 6. Gram. decif. 54. num. 8. Rip. in l. in quartam nu. 197. ad l. falcid. Bald. in l. pro hæreditarijs num. 26. C. de hæred. ad. Alex. in l. cum filio delegat. 1.
- Dos in causa restitutionis debet restitui secundum statutum loci viri, Soc. lun. conf. 14. lib. 2.
- Dos data à patruo nepti censetur data contemplatione patris, & ideo profectitia dicitur, & imputatur ei in legitimam, Alex. conf. 179. lib. 5. facit doctrin. Socin. iun. in l. cõ filio nam. 28. de leg. 1. vers. veniamus ad quæstionem, Corneus cõf. 3 16. lib. 4. & videtur idem in Auo, Rot. decif. 706. par. 1. diuers.
- Dotem ab extraneo promissam, quã non est stipulatus à principio sibi reddi, sed ex intervallo stipulatur, non recuperat in præiudicium hæredum, Corneus conf. 285. lib. 4. l. quoties fide solut. mater.
- Dotis restitutionis stipulatio intelligitur in casu soluti matrimonij per mortem vxoris ad fauorem stipulantis, l. cum pater §. pater certam fide legat. 2.
- Dotem, patre, & matre, simul promittentibus, mater fideiubendi animo, pro marito se obligare censenda est, non quod de suo velit aliquid dare, Bal. Nouel. in tract. de dote par. 6. priuileg. 3. num. 7. Corneus cõf. 3 16. lib. 4.
- Dos non debet assicurari super grano, Rot. decif. 437. ita sine par. 1. diuers.
- Dos data, & postmodum legata quãdo peri possit, Roman. conf. 253. Dos in testamento legata integra debetur, quamuis cum minori fuerit benè nupta, Bald. in l. cum pater §. pater certam fide legat. 2.
- Dos data filio spurio, ea mortua, redire debet ad hæredes patris donantis, Abb. conf. 50. lib. 3. Roland. conf. 74. num. 51. & sequent. lib. 1. Rol. de lucro dot. quæst. 94. num. 7. Socc. iun. in l. 1. nu. 189. ff. de solut. matr. Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indign. Abb. cõf. 125. Gabriell. conf. 25. nu. 25. lib. 2. Benintend. decif. 22. num. 6. Honded. conf. 95. num. 68. lib. 1. Sured. conf. 3 16. lib. 2.
- Limita vt per supra citatos DD. vt maritus debeat consequi lucrum dotis, & non habeat locum vbi pater illum relinquat filijs filie. Abb. conf. 15.
- Dos relicta ab Auo Nepti intelligitur relicta in subsidium quatenus pater dotare non possit, Casrenf. conf. 68. lib. 2. in fin. vide Rot. decif. 706. par. 3. diuers. vide Pedroc. conf. 31. Peregr. de fidei. art. 42. nu. 76. Borgn. decif. 5. num. 9. par. 3.
- Dos in officiosa quando sit conferenda à fratribus. Gomez. ad legem Taur. l. 29. sub nu. 33. Grat. discip. forens. 473. lib. 3.
- Dos debita iure actionis debetur diuiti, Seraf. decif. 430.
- Dos debet solui de fructibus quando bona sunt subiecta fideicommissõ, l. mulier §. cum proponeretur ad trebell. & ibi Paris conf. 25. num. 63. Mant. de cõie. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 22. Menoch. de arbitr. cas. 256. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. nu. 161. Marzat. conf. 1. epit. 48.
- Declara vt procedat quando dos est quasi debita officio Iudicis, secus si debeat iure actionis, l. ac. cob. de Aren. in d. 5. cum proponeretur, Decian. conf. 49. par. 7. nu. 44.

Dos soluta filio sine iussu patris nihilominus pater obligatur, Castrenf. in l. si cum dorem §. transfrediamur num. 9. ff. solut. matr. & ibi DD. Bart. in l. sanè ff. de iure dot. Dec. conf. 519. num. 2. Bald. nouel. de dote priuile. 34. nu. 1. par. 7. latè Mant. de tact. conuent. lib. 1. tit. 19. nu. 24. Bursat. conf. 374. num. 2. & tenetur quatenus est in peculio filij, l. si filio famil. vbi Alber. & DD. ff. solut. matr. & soluta patri, & filio p[ro]sumitur ad patrè peruenisse si administrabat, Hon. ded. conf. 47. num. 12. lib. 1.

Dotis fructus non debentur mortua vxore, Gabriell. conf. 86. num. 88. lib. 2.

Dos à patre filix data, quando consolidetur cum ipsa soluta matrimonio, Bart. in l. post dorp[er] ff. solut. matr. num. 22. & seq.

Dos si sit conuersa in lucrum dotale non potest per vxorem dispensari, Bal. in l. pro hereditarijs num. 170. C. de heredit. act.

Dos promissa restitui cui de iure, nõ venit restituenda à marito herede vxoris, Puzpurat. conf. 63.

Dotem sibi relictam qui petit, non prohibetur petere alia credita, Rot. decis. 327. par. 1.

Dos consistens in annuis redditibus aduentitij casu restitutionis est restituta, Bald. in l. fin. §. fin. nu. 4. C. de iur. dot.

Dotare filiam iterum pater tenetur si dotem sine culpa amisit, secus in fratre, Spin. de testam. gloss. 11. num. 41.

Dotare neptem pauperem non tenetur Patruus, Siluan. conf. 33. numer. 12.

Dotari soror debet à fratre si non habet aliunde, licet plures, cum tutor vbi gloss. ff. de administrat. tut. Guid. Pap. quest. 439.

Dotare filiam pater tenetur quaminus eo iurato nuptijs, Capel. Tholosano. Spin. de testam. gloss. 11. num. 34. Mat. ill. de ff. 163.

Dubio.

Dubia exclusionis causa non habet vim exclusionis perpetue quando presens status rei non tendit ad exclusionem, Bart. in l. Iulianus in fin. ff. de conduct. indebit. Castren. in l. sufficit eod. tit. & ibi Iaf.

Dubia verba video infra in verb. verbum num. 49.

Duo.

Duo specialia non possunt simul concurrere, l. 1. C. de dotis promiss.

Hoc enunciatum simili, vt latè per Bart. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucapionib. & vt per Angel. Aret. in §. in personam huius. 18. in fin. de act. dicentem quod quando vnum speciale est consecutum, ad aliud, & non est æque principale potest concurrere, vide Rim. nald. iun. de donat. in princ. & tex. in l. 1. C. de rei vxor. act. vbi fingitur interuenisse stipulationem, & hypothecam, adde gloss. in l. si seruus comunis Mxij ff. de stipulat. seruor. vbi dicit duas fictiones concurrere posse, vide Iaf. in l. singularia ff. si cert. petat.

IN VERBIS, QUAE INCHOANT A LIT. E.

Ecclēſia, & Eccleſiaſtica: radice
Celeſtia, quæ habes do-
tem, campanile, & pec-
cipit decimas non di-
citur Oratorium pri-
uatum, Rot. deciſ. 508.
par. 1. & præſumitur au-
thoritate Epifcopi recta, vt ibi
num. 4.

Eccleſiam reſicere, ſeu recuperare
ſpectat ad Rectore illius, niſi aliud
ſit de conſuetudine, Capell. Tho-
loſan. quaſt. 500.

Eccleſia dicitur de menſa Prelati Ec-
cleſia, vel præbende, quando ſi-
ſuit vnita Eccleſiæ, vel præbendæ
quod nullum alium habeat Recto-
rem, vel Prelatum perpetuum, niſi
ipſum Prelatum cuius menſa Ec-
cleſia fuit vnita, Amal. de reb. Eg-
cleſ. non alien. cap. ult. ſuper nu. 8.

Eccleſiarum appellatione in conſti-
tutionib. non comprehenduntur
Hoſpitalia, gloſſ. in cap. cupientes
in verb. Eccleſiar. de elect. in 6.

Eccleſiaſtica immunitate an gaudeat
publici latrones, vide infra in ver-
bo furtum verſ. furtum vnicum.

Eccleſiaſtica immunitate gaudet qui
ad Eccleſiam conſugit, Oldrad.
conſil. 154. & ſimilia vt per eum
ibi. ſi 25. in item. M. anan. ſicut
Amplia quod fugit ad Corpus
Chriſti dum deſert extra Eccle-
ſiam gaudet dicta immunitate,
Hoſt. in ſumm. de immun. Eccleſ.
5. in quantum col. 3. verſ. quid er-
go ſi quiſ dum fugit, quem ſequun-
tur DD. in cap. ſane extra de cele-
brat. Miſſ. & quid in ſacrilego, vi-
de infra in verbo ſacrilegus.

Editio.

Editio librorum cuius expenſis fieri
debeat ſint in longinquis parti-

bus; Ang. l. ſpatium ff. de edendo,
Alberic. de Roſar. in l. ſi ador ff. de
Procurat. Afflicti. deciſ. 177. Marant.
in tract. de ordin. iudic. in 6. part.
prince. verſ. ſin autem teſtes produ-
cuntur num. 64. & an omnes mer-
catores edere teneantur vide Frä-
ciſc. Aze. in l. 1. C. de edendo.

Educari, pupillum poteſt penes ma-
trem, quæ tranſiit ad ſecunda vo-
ta; & eſt materia arbitraſia, Vinc.
de Franchis deciſ. 350. D. de v.

Eſſectus.

Eſſectus attribuitur primæ cauſæ. l.
item coru. 8. de declaratione ſi quod
cuiuſſumque Vniuerſit. noſtr. vel
contr.

Sicut eſſectus an puniatur aſſectus, T
videto ſupra in verbo trimen nu-
mer. 27. & infra in verbo ſilopuſ.

Electio, & Eligere.

Electio vbi habet tractum ſucceſſi-
uum, etiam in contractibus eſt va-
riabilis, Rot. deciſ. 675. par. 2. nu.
4. diu. col. inq. in nullilib. idm. m. 10.

Electio commiſſa per nomen colliſi-
ua intelligitur æquiditæ, Rot. de
ciſ. 776. par. 2. diu. col. inſtit. no. 20.

Electio in alternatiua quatinus ſig-
debitoris tamen non procedit in
alternatiua remediorum, quæ ad
favorem creditoris apponuntur
iure per Gomez. in tract. de con-
tract. tit. de qualitate contractus
num. 42. Saſyc. in l. non dubium C.
de legib. num. 14.

Electio commiſſa ad beneplacitum
creditoris intelligitur de medio-
cri, Borſen. n. 250. de tut. & curat.
Electus in Epifcopum non dicitur
Epifcopus ante conſecrationem,
nec eius beneficia vacant, Oldrad.
conſil. 14.

Eleg.

Electio sola tribuit iurisdictionem.
Episcopis, Rot. decif. 182. par. 2.
diuers. sed dicta decisio fuit reuo-
cata, & dictum non procedere ante
præsentationem litterarum,
Gonzal. super regul. 8. 15. nu. 87.

**Eligens inhabilem tenetur de mala
electione si fuerit sibi indefinitè
demandatum,** l. cum plures §. seruū
ff. locat. & ibi Doct.

**Electio variari potest ante accepta-
tionem absentis,** Abb. in cap. acceden-
dens de elect. Becc. conf. 45. n. 43.

**Electio nem qui habet quando varia-
riate possit,** vide gloss. & Add. in
cap. gratia de rescript. in 6. & gloss.
in cap. si compromissarius in ver-
bo consentire de elect. in 6.

**Electus qui semel recusauit electioni
consentire potest, penitere, & ac-
ceptare electoribus non contradi-
centibus,** gloss. fin. in cap. licet de
procurat. in 6.

**Electa vna via, altera an excludatur,
vide infra in verb. vna.**

Emens.

**Emens pro persona, interim sibi ac-
quiritur,** Gabriell. tit. de verbor.
obligat. concl. 2. Surd. decif. 325.
Grat. discep. forens. 160. Mart. de-
cif. 527. vide Castrenf. conf. 331,
sub num. 6. lib. 1.

**Emens rem nomine alieno ex pecu-
nia propria, si ex dicta re fructus
percipiat extenuant pretium per
eum solutum,** Bald. in rubr. quæst.
15. Gerald. de Petrasancta singul.
31. C. de contrahend. empt. vide
Roland. consil. 4. in fin. lib. 2. Bor-
gnin. de tutore num. 254.

**Limita vt per Gabriell. conf. 80.
lib. 1. alios allegat Borgnin. de tut.
d. num. 254.**

**Emens rem ex pecunia cōmuni no-
mine proprio efficit illam suam, l.
si patruus vbi Castrenf. C. commu-
nia vtriusque iudicij.**

Limita vt ibi per Castrenf.

**Emens ex pecunia aliena acquirit
sibi, nisi nomen suum simulatè ap-
posuit,** Rot. dec. 806. par. 1. diuers.

**Emens rem furtiuam tenetur illam
restituere absque recuperatione
pretij,** l. in ciuile C. de furt. quia
regulariter vendicans non tene-
tur ad pretij restitutionem, gloss.
in l. super fundi, C. de euis. Capel.
Tholos. quæst. 157. Benint. decif.
34. Mandel. conf. 84 vide latè per
Cepoll. in tract. in tit. de vsucapio.
pro emptore in princ. num. 4. vbi
an possit conueniri ad pretium ex
illa re redactum.

**Emens rem hæreditariam ab hærede
cum beneficio legis, & inuentarij,
vt soluat pretium creditoribus hæ-
reditarijs, est securus ab omnibus,
dummodo venditio fuerit facta,
ad istum effectum, & effectus sub-
sequutus fuerit, Angel. in l. fin. §.
si præfatum C. de iur. deliberand.**

Emphiteuta, & emphiteusis.

**Emphiteuta præscribit solutionem
21 pensionis spatio triginta annorū,
& etiā minori,** Thefaur. decif. 114.

**Emphiteuta si stipuletur pro se, & fi-
lijs potest illis præiudicare obligā-
do rem emphiteoticam maxime si
sit acquisita ex re sua, vt latè per
Gabriell. in conclus. 2. de iure em-
phiteotico num. 44. cum sequent.
Ruin. conf. 149. lib. 1. & conf. 48.
vbi latè, & conf. 213. videas Bald.
in l. 1. C. per quas person. nob. in-
fin. Clar. in §. emphiteusis quæst.
16. Surd. decif. 209. num. 5. Rip. in-
l. in quartam num. 179. ff. ad l. fal-
cidiam, Aret. in l. apud Iulianum,
§. fin. ff. de leg. 1. Gambar. decif. 10.
& 32. Brun. conf. 47. n. 1. Seraf. de-
cif. 559. num. 15. Decian. conf. 73.
Natt. conf. 475.**

**Limita in emphiteusi Ecclesiastica,
Verall. dec. 302. lib. 1. Gabriel.
d. loco num. 53.**

**Sublimita quando esset acquisita
titulo**

- titulo onerofa, Gamba. d. dec. 10. & 32. per Doct. Aret. in lapud Iulianum §. fin. ff. de legat. 1.
- Emphiteufis ob alienationem, vel finitam generationem, non reuertitur ad dominum directum, nisi fecuta declaratione iudicis, Afflic. dec. 97. Add. ad Iul. Clar. in §. emphiteufis quaest. 9.
- Emphiteufi finita; tenetur dominus directus relocare cum eisdem patris pristinae locationis, Alciat. conf. 20. lib. 1. Becc. conf. 3. nu. 33. *Emptio, & Emptor.*
- Emptio in dubio non praesumitur facta pro eo, cuius sunt pecuniae, sed emptore, Bald. in l. ad probationem in fin. C. de probation. Grat. difceptat. forens. 160.
- Emptionem esse factam ex pecunia quae ex precedenti causa ad se peruenit praesumitur, l. Imperator §. cum autem, & ibi Bart. num. 3. ff. de leg. 2.
- Emptor hereditatis non tenetur suscipere iudicium contra creditores hereditarios volentes sibi satisfieri l. 2. C. de hereditat. vel act. vendita.
- Ampliatur ut etiam non teneatur si promiserit in instrumento se satisfacturum creditoribus hereditariis; gloss. in d. l. 2. C. de hered. vel act. vendit.
- Sed limitatur rvt non procedat supra formata regula; quando in instrumento promisit respondere creditoribus, quia tunc tenetur, d. gloss. in d. l. 2. in fin.
- Emptor rerum minoris, vel Ecclesie, sine solemnitate, non potest illas retinere pro expensis, & melioramentis ibidem factis, Caualecan. in tract. de tutor. & curat. num. 165.
- Emptor cui tenetur venditor de euisione poterit iuramentum sibi delatum recusare, ne amittat actionem de euisione, Add. ad pract. Papienf. versic. & expens. in fin.
- Emptor tenetur soluere pretium quando est certum quod dampnum pati non potest per fideiussorem, vel hypotecam, nec sub praetextu quod res sit alteri obligata potest differre solutionem, Alex. conf. 85. lib. 3. vbi Add.
- Emptor, qui non soluto pretio rem emptam habuit, tenetur ad vsuras etiam si non fuerit interpellatus, l. curabit, & ibi Bartol. & Bald. C. de actionib. empti l. 2. C. de vsuris. Amplia etiam si fuerit factum pactum de non petendo dictos fructus, Add. ad Bart. in d. l. curabit. Amplia etiam quod sit dictum pro pretio aestimando, Gabriel. consil. 57. lib. 1.
- Emptor quando debeat esse sollicitus quod pretium ponatur in tuto, Surd. decif. 156. Roman. conf. 440.
- Emptor bonae fidei à malae fidei possessore non praescribit, Auth. male fidei C. de praescri. long. temp. Declara vt in d. Auth. vt non procedat quando dominus sciret alienationem.
- Limitatur ista regula; vt procedat contra dominum; secus contra alium possessorem, gloss. in cap. Abbate sane in verbo dominij extr. de re iudic. 6. & vide Aret. in §. fortituz inffit. de vsucap.
- Emptor tenetur ad fructus perceptos pro rata pretij non soluti, licet pretium sit collatum in arbitrium tertij, & nondum sit declaratum si tota re fructus sit, Castr. conf. 267. col. 1. lib. 1. Ruin. conf. 144. col. 2. lib. 1. Hercul. in l. de diuisione col. 7. ff. solut. matr. Cagn. in l. curabit num. 42. C. de act. empt. Gabriell. conf. 57. num. 4. lib. 1. l. fin. §. fin. de fund. dot. doctrina Baro. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. in l. fistulas §. qui fundum de contrah. empt. Bald. in l. si emptio C. de act. empt.

- empt. Socc.conf. 109. col. 3. lib. 1. & conf. 170. lib. 2. l. si ante ff. solut. matrim. Gabriel.conf. 64. num. 13. Surd.conf. 101. lib. 1. Honde.conf. 44. lib. 1. vide Addit. ad Bart. in d. l. curabit vbi dicit nō valere pactū, quod emptor lucretur fructus pretio non soluto, & quod possit taxari à principio iuxta quantitatem redditus, vide Rot. decif. 71. par. 1. diuers.
- Emptor rei cuius pretium ad anteriorem creditore peruenit potest exceptione repellere posteriorem si possideat, Benint. dec. 30. Bocac. de censib. 2. par. num. 187.
- Emptor potest cogere venditorem, vt rem liberam tradat, & faciat cōsētire interesse habentes l. si ex ijs prædijs C. de euictionib. & ibi Bal. & agit ad pretium ante euictionē, Bocacc. de censib. par. 2. num. 145. & 147. Nauar. de censib. quæst. 27. num. 118.
- Emptor potest denunciare, & agere de euictione cōtra auctorem autoris sui (omisso suo auctore) virtute clausulæ faciens cum procuratorem in rem suam, & aliarū clausularum, quæ solent apponi in instrumentis, Bart. in l. si pro re §. 1. de euict. Capyc. decif. 197. num. 9. Bart. in l. Iulianus §. qui fundum, de verb. obligat. num. 6. & ibi las. num. 11. & 12.
- Limita, vt nō procedat quo ad pēnā dupli promissam ex stipulatione, Bart. in d. l. Iulianus §. qui fundum de verb. obligat. & ibi las.
- Enunciatiua.*
- Enunciatiua plurium instrumentorum in antiquis probant etiam in præiudicium tertij, Seraphin. decif. 474. Mant. decif. 88. num. 4.
- Episcopus.*
- Episcopus habet iura ex lege iurisdictionis, & ex lege diocesana, cap. directus de offic. Ordin. vbi Abb. & Felyn.
- Episcopus potest cum capitulo mandare venerari festiuitatem alicuius Sancti canonizati, Abb. in cap. fin. num. 4. extr. de ferijs.
- Episcopus non dicitur qui non est confirmatus, quamuis sit electus, & quæ possit exercere, vide per Felyn. in cap. eam te. de rescriptis.
- Episcopus de iure communi, & decreto Concilij habet ius visitandi Ecclesias sibi subditas, & exemptas tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, Rot. decif. 207. par. 2. diuers.
- Episcopus potest cogere exemptum ad ostendendum titulum suæ exemptionis, Rot. dec. 534. p. 1. diuers.
- Episcopus habens in loco exempto iurisdictionē in certis casibus potest ibi deputare officialem, Rot. decif. 796. par. 1. diuers.
- Episcopus non potest constituere, 23 Laycum Vicarium in spiritualibus, communiter Doct. in cap. 2. de Iud. sed si Laycum constituat improprie sumi videtur hoc verbum Vicarius, & ponitur pro Assessore, l. pater seuerinam §. conditionū ff. de cond. & demon. Bald. sing. in d. cap. 2. in 3. col. ad fin. vnde aduertitas in actu practico, quod si hoc contingat, non dicas constitutionem esse nullam, sed intelligendam esse, ac si assessorem constituisset
- Episcopi, vel Abbatis creditores licet sint posteriores, tamē in fructibus beneficij erūt potiores, quā priores, antequam sicut promotus ad dignitatem Episcopalem, vel Abbatialem creditores, Guil. sing. in l. sed an ff. quod cū eo l. 1. §. si filius ff. famil. ercisc. Roman. singul. 86. incipit quid si aliquis Episcopus.
- Episcopus potest compellere Religiosos ire ad processionē, Capell. Tholos. quæst. 485.
- Episcopus potest auocare causas à suo Vicario, Scacc. de App. lib. 3. cap. 2. quæst. 8. num. 57.

Episcopus quidquid acquirit præsumitur acquisiuisse contemplatione Ecclesiæ, Rot. decif. 705. par. 1. diuers.

Episcopus non potest cogere ad litigandū in loco longinquo suæ Diocesis, sed vel debet accedere, vel legare, Rot. dec. 297. par. 2. diuers. vbi declara.

Episcopus qui non potest beneficiū conferre, potest tamen recipere illius resignationem, Rot. 519. par. 1. diuers.

Equites.

Equites Hierosolymitani sunt verè Religiosi, & votant tria vota, & quidquid habent spectat ad Religionem, Rot. coram Lancelotto in Romana Palatij del Aquila 26. Maij 1600.

Non idem in alijs Equitibus qui non sunt propriè, & verè Religiosi, Seraph. decif. 187.

Equus.

Equo mortuo in itinere locatori nõ debetur amplius merces, Speculator in tit. de locat. §. sed etiam dicendum, Hypp. Bonac. in tract. de equo quæst. 92. Vincent. Caratt. in tract. de locat. l. si vno §. item cum quidam vbi gloss. & Bart. & Castr. ff. locat. in contrarium facit l. pen. §. fin. ff. locat. solue vt per gloss. & Doct. in d. §. cum quidam ff. locat. Declara vt ei debeat merces pro rata, & teneatur locator restituere mercedē pro rata, d. l. si vno §. item cum quidam, & ibi Bartol. DD. & gloss. ff. locat. nec tenetur ad interesse vt ibidem.

Equum in itinere mortuum non tenetur soluere conductor, Bal. conf. 22. lib. 2. cum cõductor non teneatur de leuissima culpa, & multò minus de casu, & sic neq; de vitio naturali, D. Ioan. de Arnojo dialog. 9. fol. mihi 57.

Error.

Error non consideratur in eo, qui habet causam lucratiuam, quia non deficit eius consensus, Bart. in l. si id quod aurum ff. de verb obligat. & ibi las. qui dicit non procedere in distractu, Rot. coram Iusto in Romana erroris calculi 16. Nouēbris 1601.

Error calculi potest quocumque reuideri, l. 1. C. de errore calculi, Bart. in l. 2. num. 11. C. de iure fisci lib. 10. l. calculum, & ibi gloss. ff. de administr. rerum ad Ciuitatē pertin. etiam quod calculus transferit in stipulationē, Rot. corā Lancelotto in Romana Bibliothecæ dq anno 1601. & coram Iusto in Romana Erroris calculi 16. Nouēbris 1601. Bero. quæst. 105.

Limita nisi desuper sit transactum, Doct. in d. l. 2. C. de iure fisci, & aduertat, quòd non dicitur super eo transactum, si incidenter fuerit factus calculus in transactione, Ruin. conf. 134. Becc. conf. 109. num. 15. Mascard. de probat. concl. 252.

Error facti non impedit soluti repetitionem, licet solutum esset naturaliter debitum, l. error C. ad l. falsiciam.

Limita vt non procedat, quando istud quod erat naturaliter debitū venisset præstandum officio iudicis, gloss. in l. si non sortem §. liberatus ff. de condict. indebiti.

Error iuris excusat mulierē, & rusticū, l. error ff. de iuris. & fact. ignor. l. quicūque C. qui admitti ad bon. possess.

Limitatur primo, vt per DD. in l. iuris ignorantiam C. qui admitti, & in l. error, & in l. regula ff. iur. & fact. ignor. & in l. fin. §. licet ff. de publican. & vestig.

Limitatur secundo, vt non excusetur in his quæ respiciūt formam, & rigorem iudiciorum, l. son in l. iuris

iuris C. qui admitti ad bon. poss. num. 8. Bart. in l. 1. §. nunciatio num. 3. ff. de oper. noui nunc.

Hoc tamen intelligendo vt si non habuerit copiam consulendi peritiores habet restitutionem in integrum, si sit omni alio remedio ordinario destituta, Pet. Anch. cō. fil. 393. quod incipit visa diligēter gratia, & nisi sublit iusta causa, & probabilis ignorantia, Butr. cō. fil. 72.

Tertio limitatur, vt non excusetur in his, quæ naturali ratione scire debet, l. venia (meo iudicio) C. de in ius vocādo, vide Din. in c. ignorantia de regul. iur. in 6. gloss. in l. fin. §. licet ff. de publican. & vestig. Limitatur quarto, si sit reus, & tractet de damno vitando, etiam si actor, & ipse tractarent de damno vitando, Paul. Castrenf. in l. hoc iure §. si quis dederit ff. de donat.

Error in facto proprio an præsumatur, & quomodo probetur, tradit Bart. in l. non fatetur ff. de confessis, vbi latè quem omnino videas, Aret. in §. in personam num. 7. instit. de actionib. & Din. in c. ignorantia de reg. iur. in 6. in fin. videas Marant. in tepe. l. is potest ff. de acquirend. num. 289. & sequent. quæ repetitio est allegata suo tra. de ord. iudic.

Error in nomine proprio quando viriet dispositionem, Felyn. in cap. significante de rescript.

Euctio.

Euctio non dicitur secuta quamuis sententia fuerit lata, Grat. cō. 42 lib. 1. num. 27.

Euctioem secutam debet concludenter doceri, non autem per fidem, Rot. decis. 444. par. 1.

Euctioem imminere in limine cōtractus emptor habet retētionem pretij, Rota coram Robusterio in Romana vineæ de mense Iunij

1579. vbi latè de materia, Surd. decis. 183. & cō. 32.

Eucta re empta emptor habet regresum contra venditorem, l. 1. & tot. tit. ff. & C. de euct. & vide Rip. in cap. cum M. Ferrariensis nu. 163. & seq. de constit. immo etiam contra authorem sui authoris, si fecit eum procuratorem in rem suam, Bart. in l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. oblig. & ibi las. & DD. Et quando est facta promissio dupli, ad quid venditor teneatur, Bart. Alex. & las. omnino videntur, in l. venditores ff. de verborum obligat. num. 5.

Amplia vt venditor de euctioem teneatur, etiam si de euctioem nō promissit, l. non dubitatur C. de euct. Papiens. in for. libell. in causa vendit. in gloss. in verb. promittens de euctioem, est enim de naturalibus contractus, gloss. in l. pacta conuenta de contrah. empt.

Amplia secundo vt & si venditor pactus sit se nolle aliquid causa euctioem præstare, nam ad restitutionem pretij tenetur, l. emptorem §. fin. ff. de act. empt. Papiens. in d. forma libell. in verbo promittens de euctioem, Roman. singul. 387. incipit si vendo, Castrenf. in d. l. emptorem §. qui autem de act. empt. Aret. in §. actionum num. 22. instit. de act.

Limita nisi expressim sit conuentum, vt nec etiam ad pretij restitutionem teneatur, Papiens. d. loco supra citato, Castrenf. & Aret. vbi supra Marant. de ord. iudic. in 2. p. primæ partis num. 44.

Limita etiam quando euctioem sequitur ex natura rei, vel culpa actoris, Becc. cō. 24. num. 34. Alias limitationes videas per Castrenf. in d. l. emptorem §. qui autem de act. empt. & per Roman. d. sing. 387. & quæ requirantur vt de euctioem.

ctione agi poffit, videas per d. Papien. in d. forma libell. & per Rip. in d. cap. cum M. Ferrariensis nu. 163. de confit.

Eiuctionem simpliciter promittens cenfetur promiffiffe in cafibus in quibus tenetur, Caftren. in l. fi domus §. de eiuctione num. 2. ff. de legat. 1.

Eiuctio non eft debita periuro, Menoch. conf. 355. lib. 4.

Eiuctionē nō debet qui alienationi duntaxat confenfit, Surd. conf. 421 *Exactio, & Exactores.*

Exactio concessa contra aliquem iniuste propter alium, non habet ille exactus regressum contra illum in cuius odium fuit exactus, si illius factum non erat ad hoc ordinatū, gloss. notab. in l. nam & feruius, & ibi Bart. ff. de negot. gest. Abb. cōf. 49. nu. 3. par. 2. Menoch. de arbit. lud. cal. 137. lib. 2.

Exactores publici non possunt conuertere pecunias in casus proprios Dec. conf. 473.

Exactus dicitur, qui sciens se teneri vigore statuti, vel alterius iuris soluit, Felyn. in cap. cum M. Ferrariensis nu. 21. de confit.

Exburfare.

Exburfare verbum refertur ad pecuniæ numerationem non ad bonorum stabiliū consignationem, Dec. post alios in l. si n. num. 12. ff. si cert. petat. Grammatic. resp. 18. n. 18. lib. 1. vide l. solutio de solut. & vbi de pecunia habetur mentio ibi requiritur solutio, Caftren. in l. si conuenerit ff. de iurisdict. omnium lud. & in l. 3. §. si quis ita ff. de eo quod certo loco, Dec. conf. 7. num. 3.

Exceptio, & Excipere.

Exceptio discussionis non opponitur à fideiussore creditori, quando creditor esset debitor fideiussoris, & vellet compensare, Add. ad Abb.

in cap. peruenit de fideiussorib.

Exceptio competens principali cōpetit etiam singulari successori, l. fluminum §. adicitur ff. de damn. infect. Aret. in rub. institut. de except. nu. 13. Din. in cap. is qui de reguliur. in 6. Crauet. consil. 148. num. 1.

Limita nisi exceptio esset personalis, l. idem in duobus §. 1. ff. de pact. Din. vbi sup.

Declara tamen istud verū, si ideo sit personalis, quia personam egredi non possit, secus si ideo sit personalis, quia vna cum persona extinguitur, nam ea viuente potest opponi, Aret. vbi supra num. 13. Din. vbi supra.

Exceptio incidens, est quæ competit ante litem, emergens quæ superuenit in lite, gloss. in cap. 1. de ord. cognition.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ potest opponi infra biennium, instit. de literar. obligat.

Limitatur vt non procedat quando confessio esset geminata, ita dicit Alex. in add. ad Bart. in l. cum scimus C. de agric. & cens. lib. 11.

Limitatur etiam vt possit opponi, etiam transacto biennio de æquitate canonica, Din. in cap. locupletari de reguliur. in 6. & latè ibi addit Felyn. in cap. si cautio de fid. instrum. Aret. in §. 1. instit. de exception.

Limita tertio vt possit opponi quando confessio emanauit in contentioso iudicio, secus si in voluntario etiam cum iuramento, Pedem. decif. 134.

Exceptio dolo facis petere quod restitutus es, in quibus casibus procedat, Aret. in §. sequitur num. 42. institut. de exception. Curt. Iun. cons. 192. num. 34. quod non procedit quando petens debet gaudere interusurium medij temporis, vide

- vide remissuè per Bart. & Doct. in l. si focer §. lucius ff. solut. matr.
- Exceptio rei iudicatæ** obstat agenti interdicto retinente, Cæsar de Grass. decif. 7. de sent. & re iudic. in fin.
- Exceptio rei iudicatæ** vt obstat tria concurrere debent, de quibus per Aret. in §. si minus sub num. 36. inffit. de act. Surd. conf. 165. in fin. l. cum queritur ff. de except. rei iud. Honded. consil. 9. num. 39. lib. 1. Surd. conf. 312.
- Exceptiones dilatorie** debent opponi ante litem contestationem alias si non opponantur valet sententia notat Euerardus in sua centuria in loco ab ordine nu. 5. vbi ad hoc plura congerit, vide Aret. in §. preiudiciales institut. de act. num. 3. Becc. consil. 22. Surd. consil. 166. num. 9.
- Limita** vt per Felyn. in cap. exceptionem num. 12. de exceptionib. & per Marant. in suo speculo de ordine iudiciorum in 6. parte princip. in nono membr. nu. 10.
- Exceptio præscriptionis** quomodo cognoscatur opposita ad merita cause, vel ad processum, Cappell. Tholos. quæst. 67. super qua venit pronunciandum quado de ea cognoscitur coram alio iudice, Abb. in cap. tuam num. 4. extr. de ord. cognit.
- Exceptiones peremptoriæ** etiã post litem contestationem opponuntur, gloss. in l. 1. in §. edenda in verbo sunt ff. de edendo.
- Exceptio** quæ consistit in iuris dispositione non dicitur requirere altiorem indaginem, Seraf. dec. 430 num. 4. & decif. 183. num. 6.
- Exceptio** an requirat altiorem indaginem residet arbitrio iudicis, quod cessat vbi probationes sunt in præputu, Rot. decif. 619. par. 1. diuers.
- Exceptio falsi Procuratoris** semper opponi potest, & quæ in totum sugillat iudicium vt exceptio falsi Procuratoris, secus si opponatur quod sit Procurator, sed habeat inhabilem personam standi in iudicio, quia hæc ante litem contestationem debet opponi, & si non opponatur perditur dicta exceptio dilatoria, ita Aret. in §. præiudiciales num. 3. inffit. de act. & vide Bart. in l. licet C. de procurat.
- Exceptio cedendarum** impedit executionem instrumenti guarantee, Ricman. conf. 472. & in renunciatione generali non censetur renunciatum beneficio cedendarum, Bal. in l. si diuersa C. de locat. Alex. conf. 196. lib. 5. Paris. conf. 110. nu. 10. & 108. lib. 1. Dec. conf. 27. nu. 1. & 6. vide Mant. de tacit. conuict. lib. 16. tit. 19.
- Exceptio simulationis** debet opponi in specie, Aret. in §. fuerat nu. 39. inffit. de act. dec. Pedem. 42. in fin. Marant. in suo specul. de ord. iud. in 6. par. princ. in nono membr. nu. 32. Aret. inffit. de except. in princ. num. 44. & seq.
- Exceptio non numeratæ pecuniæ** potest opponi quando super renunciatione esset iuratum, vt notat DD. in l. fin. C. de non numerat. pecun. & notat Ang. Aret. in §. fuerat num. 43. inffit. de act. Puteus dec. 309. lib. 2. vide omnino text. in l. fin. C. de appochis public. lib. 10. Cef. de Grass. decif. 3. de fideiuss. Amplia vt procedat etiam si statuta disponent quod instrumenta confessionis dotium habeant vim rei iudicatæ, ita Felyn. in cap. si cautio num. 79. de fide instrumentorum.
- Sed limitatur non habere locum** si opponeretur exceptio simulationis, quia tunc iuramentum non obligat, secus si esset dictum cum iuramento omnia in instrumento esse

esse vera, quia tunc non posset opponi exceptio simulationis, Add. ad Ang. Aret. in §. fuerat in verb. simulationis inffit. de act. dec. Pedem. 42. num. 7. Rip. in l. nemo potest num. 75. ff. de legat. 1.

Secundo limitatur vt non procedat si esset solutum, quia ille qui soluit poterit repetere opponendo exceptionem, Ias. in d. §. si fuerat num. 85. ifi. de act. Aym. conf. 145. num. 7.

Limitatur tertio vt non procedat in tertio qui non iurauit, dec. Pedem. 42. num. 7. contrarium meo iudicio tenet Galeff. in tract. Camer. obligat. 1. quæst. 2. par.

Limita etiam vt per Marãt. in suo speculo de ordin. Iudic. in 6. par. princ. nono membr. num. 35.

Et an competat dicta exceptio nõ numeratæ pecuniæ Campfiori qui fecit litteras cambij, Marant. de ordin. Iud. in 6. part. princ. in nono membr. sub num. 35. in fin.

Et quod tutor non potest opponere dictam exceptionem, gloss. & Ias. in l. singularia nu. 21. ff. si cert. petat. vide Ofas. dec. Pedem. 124. an competat contra confessionem in iudicio factam. & ibi distinguit.

Exceptio dominij in cõtinenti probandi potest opponi in Saluiano interdico, Put. dec. ifi 233. lib. 3.

Et quando dicatur posse in continenti probare, Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. cauff. 12. contr. l. vnica C. si de moment. possess. lim. 12. nu. 8. Ang. & DD. in l. ille à quo §. si de rest. ad trebell. Alex. Ias. & DD. in l. 2. C. de ædict. Diui Adriani tollend.

Exceptio firmat regulã in casibus nõ exceptis, l. nam quod liquidè §. si. ff. de penu legat. notant DD. ad l. 1. ff. de reg. iur. Dec. in cap. cum dicta exr. de confirmat. vtil. vel inutil. & vide Cicer. in Orat. pro l.

Cornelio Balbo circa medium eiusdem orat. pag. mihi. 1.

Limita vt non procedat amplianda, vltra id quod aliàs verba regulæ non importarent, Bart. in l. generali §. vxori ff. de vsu legat. Franciscus Aret. in l. legata inutiliter in fin. ff. de legat. 1. videas per Felyn. in cap. quoniam frequenter extra. vt lite non contestata, Alex. conf. 106. lib. 5.

Exceptio excessiuè executionis oriens in ipsa executione opponitur post sententiam, cap. quod ad comulationem extr. de re iudic. Felyn. in cap. inter monasterium sub num. 16. cod. tit.

Exceptio que non tollit sententiam, sed modificat executionem potest opponi post sententiam, Abb. in cap. 2. num. 26. de libell. oblat. Cappell. Tholos. quæst. 265.

Item & de inuentario opponere post sententiam potest, Cappell. Tholos. quæst. 222.

Exceptio de iure tertij opponi non potest, l. loci corpus §. competit ff. si seruit. vendic. l. si quis emptionis §. si nõ verò nullum C. de præscript. 30. annor. ad l. 2. & ibi Add. ff. de except. rei iud. Menoch. conf. 181. num. 70. lib. 2. vide Aret. in §. 1. inffit. de except. num. 11.

Limita quando est penitus exclusiuium iuris, sed intensionis agentis, Bart. vbi supra Aret. inffit. de except. in rub. vide omnino decif. Thesauri Pedem. 4.

Limitatione istã sublimita, in possessorio recuperandæ, Anchar. cõf. 205. incipit in quæstione vertente col. vlt. versic. superest modo videre nu. 4. & 5. Tiraquell. in l. si vnquam num. 363. C. de reuocand. donat.

Sublimita etiam in iudicijs sumarijs, Castr. in l. ille à quo §. si de testamento ad trebell. Alex. in l. fin.

- fin. verſ. addit etiam vnum C. de edict. Diui Adrian. toll. Ruin. cōf. 130. num. 9. lib. 2. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam n. 362. C. de reuocand. donat. decif. Pedem. 1. nu. 11.
- Limita ſecūdo ad fauorem poſſeſſoris, Roman. conf. 347.
- Exceptio quod iura non ſunt in forma probanti non admittitur poſt ſententiam,** Put. decif. 159. lib. 1. Bellam. decif. 538.
- Quod tamen declaratur non procedere vbi Iudex illud reieciſſet, etiam tacite, Put. decif. 119. lib. 2. vide Rot. dec. 486. par. 1. num. 3. diuerſ.
- Exceptio declinatoria debet opponi ante omnes alias exceptiones, etiam concernentes legitimationem perſonarum, aliās videtur in Iudicem conſentire,** Surd. conſil. 280. lib. 2. Becc. conf. 22.
- Limita quando ſuperuenit poſt litem conteſtatam, Felyn. in cap. inſinuante de offic. delegat. Sublimita, vt per Felyn. ibi Abb. in cap. cum dilectus num. 15. extr. de ord. cognit.
- Exceptio exceſſiuitatis non poteſt opponi niſi poſt ſententiā,** Felyn. in cap. inter monaſterium nu. 16. de re iud.
- Exceptio litis pendentiæ vt obſtet, requiritur quod cauſæ ſint conne- xæ, quia litis pendentiæ non præſtat impedimentum, niſi ſuper eo quod litigatur,** Crauett. conf. 181. num. 5.
- Exceptiones aliās non admittendæ, ſi admittantur tenetur Iudex ſuper illis pronunciare,** Abb. in cap. cum contringat de offic. deleg. vbi diſtinguit.
- Exceptio quod quis non conueniatur vltra quam facere poteſt non eſt peremptoria, ſed dilatoria, & opponi poteſt non obſtante iuramento,** Capell. Tholoſ. quæſt. 259.
- Exceptiones quæ poſſunt opponi cōtra inſtrumentum in loco celebrati contractus poſſunt opponi in loco in quo exequitur vna cum alijs exceptionibus competentibus ex forma ſtatuti loci in quo fit executio,** Bald. in l. 1. quæſt. 5. C. ne filius pro patre, Caſtreſ. Alex. & Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſententiam ff. de re iudic. Aret. in §. præterea num. 47. inſtit. de act.
- Exceptio non operatur effectum cōſecutum, cap. cum dilectus extr. de ordin. cognit.**
- Limita vt ibi per Abb. numer. 18. & 31.
- Exceptio quæ impedit litis ingreſſū, impedit cōpromiſſum fieri ſuper tali cauſa,** Bald. in l. penult. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. DD. in l. fratres C. de trãſact. Soc. conf. 203. vol. 2.
- Exceptio dilatoria, & recuſationis poſſunt opponi quādoquq; ſuperueniunt, cap. inſinuante de offic. delegat.**
- Limita quando eſſet concluſum in cauſa, Abb. in cap. cum dilectus extr. de ordin. cognit. num. 13. & aliam limitationem vide nu. 54.
- Exceptio excuſſionis poteſt opponi arbitro, quāuis ſit de apicibus iuris,** Alex. in l. ſi conſtante num. 34. ff. de ſolut. matr.
- Exceptio præuentionis coram alio Iudice, debet opponi ante litem, conteſtatam cum ſit declinatoria,** Felyn. in cap. cum M. Ferrarienſis nu. 25. circa fin. Aret. in §. præterea num. 18. inſtit. de except.
- Exceptiones omnes, quæ poſſunt opponi ad ius exequendi, ſeu poſt rē iudicatam, poſſunt opponi contra inſtrumentum confeſſionatū,** Anton. de Canario in tract. de execut. inſtrum. quæſt. 4. num. 12.
- Exceptio de inhabilitate perſonæ poteſt quādoquq; opponi etiam poſt**

- post ſententiam, Bald. in l. fin. C. ad Senat. Conſult. Macedonian.
- Exceptioni declinatoriæ non cenſetur renunciatum per actum neceſſarium, Aret. conſ. 87. num. 2.
- Exceptio cõpetens principali quando cõpetat fideiuſſori, tradit Ang. Aret. in rub. inſtit. de except. num. 12. & ſeq. Din. in cap. iſqui de reg. iur. in 6.
- Exceptio inepti libelli poteſt quando cunque opponi, Felyn. in cap. in litteris de offic. Iud. deleg. in fin.
- Exceptio compensationis perimit actionem ipſo iure, Aret. in rubr. inſtit. de except. num. 54.
- Exceptio ſpolij violenti impedit a-24 gentem, etiam ſuper alia re, Rot. decif. 728. par. 1.
- Exceptio ſpolij quando competat contra hæredem ſpoliatoris, & ſucceſſorem in dignitate, Abb. in cap. cum dilectus in fin. de ordin. cognition.
- Exceptio ſpolij appoſita actioni criminaliter intentatæ, non ſolum habet effectum expulſiuum, ſed etiam conſecutiuum, gloſſ. & Abb. in cap. cum dilectus num. 18. de ordin. cognit.
- Exceptio excuſſionis eſt de apicibus iuris, & non attenditur vbi proceditur ſecundum æquitatem, Roman. conſ. 430.
- Exceptio nõ implementi, & quæ requirit altiorem indaginem ſi opponens offerat ſe in continenti probare retardat executionem, Roman. conſ. 244.
- Exceptio quæ poteſt opponi cedenti, an poſſit opponi ceſſionario, Aret. inſtit. de except. in princ. nu. 21. & ſeq. Roman. conſ. 87. num. 3. Bald. Ang. & Salic. in l. eius. de cõpenſat. quod ſic Franc. de March. decif. 62. Bart. in l. ſi donaturus §. 1. ff. de condiſt. cauſ. dat. vbi habes quid de delegato.
- Exceptio dilatoria debet opponi in principio litis, cap. inter monaſterium extr. de re iud. Aret. inſtit. de except. in princ. num. 56. Capell. Tholoſ. quæſt. 181.
- Limita ibi per Aret. tribus modis. Limita quando prouenit à grauamine quotidie grauans, nam poteſt opponi quocũque, Felyn. in cap. dilectus el ſegundo de reſcript. in fin.
- Limita etiam latè, vt per Felyn. in cap. ad audientiam el ſegundo de reſcript. num. 13. & vide Add. ad Bart. in l. vir bonus ff. de iudicat. ſoluend.
- Exceptio litis pendentis non ſuffragatur contumaci niſi reſectis expenſis, & præſtita cautione de ſtando iuri, Aret. in §. item ſi, inſtit. de except. num. 70. & 71. & an ſuffragetur fideiuſſori inhibitorio litis pendentis facta ad fauorem principalis, vide Aret. conſ. 33. num. 2.
- Exceptio ſpolij ſolum repellit eum qui tenetur interdicto, vi de vi, vel vi bonorum raptorum, Rot. decif. 718. par. 1. diuerſ.
- Exceptio uſuraria debet probari in 25 fra quindecim dies per rationem, quam adducit Lud. Rom. ſing. 46.
- Exceptio non dicitur requirere altiorem indaginem, quando diſcuſſio prouenit ex replicatione, Rot. decif. 57. num. 6. par. 2. diuerſ.
- Amplia etiam quod non dicitur requirere altiorem indaginem, quando vnico dubio poteſt terminari, Rot. decif. 619. num. 2. par. 1. diuerſ.
- Exciipiendi facultas tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Crauet. conſ. 148. num. 1.
- Excommunicare, & Excommunicatus.*
- Excommunicare poſſunt Abbates Canonicos ſibi inobedientes, cap. cũ in Eccleſijs de maiorit. & obed.

Excommunicare possit layci etiam coniugati ex autoritate Apostolica, quia iurisdictionis est, gloss. in cap. prater §. ad hoc in verbo ducibus 32. dist. 1. Dec. in cap. 1. extra. de iudic. nu. 12. Roland. conf. 23. lib. 2. Brun. conf. 176.

Excommunicatio lata contra dominum ob contumaciam Procuratoris est reuocanda absque aliqua satisfactione, gloss. in & ibi Abb. in cap. 1. vt lite non contestata. Bellam. decif. 109.

Excommunicandi facultas magis accedit iurisdictioni, quam ordini, ideo potest à Papa demandari Iacoco, Felyn. in cap. ex parte Decani in princ. de rescript.

Excommunicatio quando apparet, quod nihil prohibetur, etiam quod non petatur debet tolli, aliis secus Abb. in cap. ab excommunicato de rescript. num. 29.

Excommunicari potest subditus tantum add. ad Bellam. decif. 109.

Excommunicatus non presumitur absolutus nisi probet per litteras, Abb. in cap. cum in iure de offic. delegat.

Excommunicatus respectu eorum qui sunt priuati iuris non differit sit occultus, vel notorius, Capell. Tholos. quest. 143.

Excommunicatus non potest obtinere per viam compensationis, quod agendo potest consequi, Add. ad Bellam. decif. 85.

Excommunicatus in caso peccati tunc absolute in articulo mortis, potest sepeliri in Ecclesia, Capell. Tholos. quest. 369.

Excommunicatus potest extrajudicialiter appellare quando sibi prejudicium aliquod inferretur, Abb. in cap. de hiis de maior. & obediēt. in fin. & in cap. cum dilectus de ordia. cognit.

Excommunicatus pro solutione debiti non absoluitur in articulo mor-

tis, nisi dato fidei stare, vel pignore de satisfaciendo, Nat. conf. 88.

Excussio.

Excussio fieri debet non solum debitoris principalis, sed etiam fideiussoris antequam agatur hypothecaria contra tertios possessores, Auth. hoc si debitor, C. de pignoribus, Corn. conf. 267. lib. 3. Alex. in l. fin. num. 2. ff. si cert. petat.

Limita vt procedat in hypotheca tacita, secus versò in expressa, vt per gloss. in §. sed neque Auth. de fideiussorib. & in §. ad hoc Auth. de litigat.

Et contra sentit gloss. in Auth. hoc si debitor, C. de pignorib. Corn. d. conf. 267. nu. 7. lib. 3.

Secundo limita vt non procedat in Saluiano interdicto, Crauer. conf. 201. num. 45. Roland. conf. 14. num. 18. lib. 1. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. nu. 179. quia omnes exceptiones requirētes altiore indagine in isto iudicio reijciuntur, vt per Rip. in rubr. de pignor. num. 19. contra Bellon. conf. 34. num. 9.

Limita tertio, & declara, vt per Alex. in l. fin. ff. si cert. petat. & ant hoc procedat quando constat notorie principalem non esse soluendo, Alex. vbi supra, & ibi Dec. mu. 11.

Executio, & Executiue.

Executio sententiarum debet fieri contra quemlibet pro rata vbi plures sunt condemnati, idem in sententia Arbitrum, & propterea cautius est agere ex compromisso per sententiam impleto, Castren. conf. 226. lib. 2. num. 4.

Executio non potest fieri in die feriato in honorem Dei, Thef. decif. 39. & 95. vide Capell. Tholosan. quest. 158.

Executio facta in bonis alienis debet reuocari absque quod queratur de iustitia tituli possidentis,

L An.

Anchar. conf. 192. & videz DD. in lã Dino Pio §. si super reb. ff. de re iud. Corn. conf. 215. lib. 4. vide decif. Pedem. 38. & decif. 65.

Executio facit vt præsumatur creditor satisfactus, Anchar. conf. 40. vide Grat. conf. 148. lib. 2. nu. 11.

Executio instrumenti guarentigiati competit etiã pro rebus tacitè hypothecatis, las. in l. cum quo §. certi conditio ff. si cert. petat. nu. 21.

Executio sententiæ late contra defunctum non committitur contra hæredem nisi ipso citato, Felyn. in cap. quia v. extr. de iudic.

Executio instrumenti peti non potest ab eo qui non est nominatus in eo, Suarez in repet. l. post rem in 2. limit. ff. de re iud. l. si pro te C. de dot. prom. & ibi Bald. Aret. cõf. 86. in fin. quod tamen non procedit in hærede, Alex. cõf. 126. lib. 6.

Executio si non valet, non valet, nec etiam insolutum dario, Castrenf. conf. 165. lib. 2. vide aliqua per Aret. conf. 56 & per Surd. conf. 39.

Executio quãdo fieri possit in bonis dotalib. pro debito vxoris, vide Guid. Pap. decif. 447.

Executiõ quando procedi potest pro tacitè resultantibus ex instrumeto, Vincent. de Franch. decif. 325. Alex. conf. 126. lib. 6.

Executiõ agi potest pro restitutione dotis confessatè licet restitutio non sit promissa, Surd. conf. 202. num. 14.

In executiõis vna via electa, altera nõ excluditur, vide infra in verb. vna num. 59.

Executor.

Executor non seruans iuris ordinem grauat partem, & ab eo potest appellari cum excedat modum in exequẽdo, Bald. in lab. executio. ne C. quorum appellat. non recip.

Executor cum clausula facias prouideri habet facultatem excommunicandi contradictores; nõ autem

instituenti, secus si sit cum clausula prouideas, gloss. in cap. Abbate de rescript.

Exempla.

Exemplis scripturarum nulla adhibetur fides, nisi originale authenticum afferatur, l. quicumque ff. de fide instrumentorum, & de bonorum possess. secund. tabul. l. 1. §. sed si vnum Auth. si quis C. de edendo gloss. in verb. imminent instit. de testam. §. pen.

Limitatur ista regula, vt non procedat quãdo in istis exemplis fuerit interposita authoritas iudicis, & vide Aret. in tit. de legit. parent. tutel.

Limitatur secundo, vt non procedat quando ista exempla fuerint facta seruatis solemnitatibus, & si considerarentur vti principalia, prout est in testamento, vt ait Acc. in §. nihil. autem in verbo imminent in fin. instit. de testam.

Limitatur tertio, vt non procedat parte non opponente, & iudice non reiiciente, Soc. in Auth. si quis in aliquo C. de edendo Put. decif. 422. & 415. lib. 1. & Dec. in d. Authent. col. 5. & an possit opponi, quod non facit fidem ante sententiam, vide Host. & Butrig. in cap. quoniam col. 3. Alex. conf. 185. & 23. vol. 6. Alex. in d. Auth. in vers. quarto fallit, Felyn. in cap. fin. de fide instrument. vide Purpur. in d. Auth. col. 5. versic. declaretis promissa, & si non dixerit generalia, contra videtur approbare, Put. de fide instrumentor. decif. 4. lib. 4.

Quarto limita quando exemplum de voluntate partium esset insertum in instrumentum, nam tunc inter easdem partes, probat Add. ad Bart. in l. vi fideiussor ff. de fideiussorib.

Limita quinto, & vltimo, vt non procedat quando postea producit originale etiam post terminũ

ad

ad probandum, quia adhuc dicitur intentio agētis fundata, Dec. cōf. 467. nu. 15. Bald. in cap. 1. in princ. extr. de fide instrum.

Exemptus.

Exemptus à iurisdictione non intelligitur exemptus quo ad causas criminales, Menoch. confil. 466. lib. 5.

Exempti possunt conueniri coram Ordinario ratione rei, de qua agitur. Rot. decif. 702. p. 1. diuersi.

Eximens.

Eximens aliquē à manibus Birruarij videtur pro eo fidei iurare, in omni eo in quo esset obligatus, l. quoties C. de exactor. trib. lib. 10. & quomodo hoc procedat, vide Angel. Aret. in §. poenales num. 32. in fit. de act. vide Boss. in tit. de capt. num. 15. vbi latē Angel. in tract. maleficior. in verb. quod fama rubric. præced. vers. secundo quæro, Felyn. in cap. si quando de offic. iud. deleg.

Ampliatur vt hoc procedat etiam in denunciante debitori quod auferat, quia creditor vult facere eum capere, ita Gomez. in d. §. poenales numer. 49. vbi plura congerit, & præcipuē Anchar. conf. 341. in fin.

Amplia etiam vt teneatur, etiam si reducerit ad carceres dictum debitorem, las. latē in l. 1. §. is videtur num. 16. ff. si quis ius dicenti non obtemperau.

Expectatiua.

Expectatiua non operatur in reseruat, Felyn. in cap. capitulum sub num. 16. de rescript. Roman. confil. 260.

Exhiberi.

Exhiberi acta quando teneatur appellans, Capell. Tholo. quæst. 342.

Expensa.

Expensæ factæ quærendorum fructuū gratia, semper ex fructibus dedu-

cuntur, gloss. in l. in fundo ff. de rei vindicat. l. fundus qui ff. famil. er. ciscund. Castren. in cōf. 270. lib. 2.

Expensæ factæ à bonæ fidei possessore siquidem in faciendo de nouo cōsistant, reperuntur per modum melioramenti, l. in fundo vbi gloss. & DD. ff. de rei vindicat. & hoc per viam exceptionis, vt in l. si in area ff. de condi. indeb.

Hoc autem declaratur esse verum si semper bonæ fidei fuit, sin autem aliquando malæ fidei fuisset, expensæ eo tempore factas non deducit, sed potest tollere illud, quod fecit, dūmodo hoc sit sine damno ipsius domini, l. Iulianus ff. de rei vindicat.

Sed si constant in resciendo, bonæ fidei possessor habet doli exceptionem contra dominum pro expensis necessarijs, & vtilibus, voluntarias verò permittitur illi auferre absque detrimento prioris rei status, nisi dominus vellet restituere quantum ipse percepturus esset d. l. in fundo de rei vindicat. sed hoc casu si factus perceptus sit cōpensatio, & malæ fidei possessor necessarias officio iudicis, quod illi competit si possideat deducit, vtilis potest auferre sine prioris rei status lesione, voluptarias minimè habet, l. domum C. de rei vindicat. gloss. in d. l. in fundo, & in §. ex diuerso in fit. de rerum diuis.

Expensæ factæ pro descendente vt artem discat dicuntur respicere piam causam, Paul. Castr. in l. quæ dotis ff. solut. matr. num. 7. & ideo censentur donatæ, gloss. in l. donationes §. species ff. de donationib. Bart. in d. l. quæ dotis nu. 6. & idem in doie, & pro excarceratione, Ant. Thesaur. in decif. Pedemont. decif. 222. DD. in Auth. si qua mulier C. ad Velleian.

Expensarū condemnatio, quando in

prima ſententia facta non eſt, ſed nec abſolutio reperitur, Iudex appellatiõis ſi confirmat primam ſententiam, & ſimpliciter cõdenat in expenſis, intelligitur victus, non ſolum cõdemnatus in expenſis primæ, ſed in expenſis ſecundæ inſtantiæ, Put. decif. 146. lib. 2.

Exprefſo, & Exprefſum.

Exprefſio beneficiorum non requiritur in conſeſſionibus factis motu proprio, minusque in præſentationibus, Rot. decif. 530. par. 1. diuerſ.

Exprefſi, & taciti par eſt virtus, vide infra in verb. tacens num. 52.

Exprefſio eorum, quæ tacitè inſunt inducit formã, Bart. in l. diè proferre & ſari ff. de recept. arbit. de cuius dicti veritate, vide quæ latè tradit Fely. in cap. cauſam nu. 8. circa mediũ de ſentent. & re iud. Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtitutionibus.

Contrarium ſentit laf. in repetitione; l. admonendi ſub num. 196. Dec. conf. 36. ſub num. 8.

Exprefſo vitiatõ non vitiatõ tacitã, videto infra in verbo vitiatum. num. 58.

Extenſio.

Extentiõ in odioſis non fit, latè Crauet. conf. 173.

Extraneus.

Extraneus, qui non tenetur dotare, dotando videtur habere animum compenſandi, Caſtrens. conf. 275. col. pen. p. 1. aliàs conf. 110. Ruin. conf. 223. lib. 1. Campeg. in tract. de dote in 1. par. quæſt. 24. Curt. Iun. conf. 192. lib. 3. Rot. dec. 722. par. 1. Put. decif. 182. lib. 1.

Contrariũ ſentit Mandel. conf. 12. per totum, qui reprobatõ à Manducide tacit. conuent. lib. 13. tit. 13. num. 21. Viu. com. opin. maximè ſi cæcedat vires patrimoniũ, l. ſive generalis, vbi gloſ. ff. de iure dot. & idem ſi cõſtituat dotes inæquales, Caſtrens. conf. 276. num. 6. lib. 1. Alb. conf. 23. num. 4. Ruin. conf. 36. Dec. conf. 26. nu. 5. Surd. conf. 333. num. 52. & conf. 324.

IN VERBIS, QUAE INCHOANT A LIT. F.

Factores.



Actores veniunt appellatione illorum de domino, Alex. in l. lecta nu. 14. ff. ſi certum petat.

Factum.

Factum illicitum ſemper arguit dolũ, & ideo nõ erit neceſſe, vt in inquisitione dolus exprimatõ, Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. in §. non autõ ff. ſi quis teſtament. liber. eſſe iuſſus fuerit.

Factum contra ordinem, & formam datum quando fit nullum, Fely. in cap. ex parte el primero num. 2. & ſeq. de conſtit.

Factum Iudicis, factum partis, quan-

do illud factum comprehenditur in ſua iuriſdictione, & ritè, & ritè procedit, laf. conf. 10. num. 5. lib. 1. & ibi Add.

Factum alienum, & proprium, vide in verb. nemo num. 8.

Factura.

Facturas diſſoluens non punitur, Bart. in l. eorum C. de mathematic. & malefic. & ſimil.

Limita in foro conſcientiæ, vt ibi per cum.

Falcidia.

Falcidia detrahitur ex donatione, cauſa mortis, l. pen. C. ad l. falcidiã, & ex mortis cauſa capione l. item ex fideicommiſſis l. 2. C. cod. item

ex donationibus inter vivos, quæ morte confirmantur, l. in donatio ne C. ad l. falcidiam, gloss. in verb. legare in princ. instit. ad l. falcid.

Limitatur quod de mortis causa, capione dicitur, vt non procedat quando hæres non grauaretur vt hæres, sed vt legatarius, l. acceptis ff. ad l. falcid. & Bart. ibi.

Falsa, & Falsitas.

Falsa causa, vel demonstratio nõ vitiat legatum, vel fideicommissum, l. demonstratio, & l. falsa demonstratio vbi Bart. de condict. & demonstrat.

Limita per l. si pater C. de hæred. instituend. vbi Bart. Castren. Alex. & Iaf. Felyn. in cap. significante de rescript.

Falsa latinitas vitiat rescriptum, cap. ad audientiam de rescript.

Limita vt per Felyn. ibi.

Falsitatem committens circa acta cause, amittit causam, Rot. decif. 111. par. 2. diuers.

Falsitas nunquam presumitur vbi veritas quoquomodo possibilis est, Rot. decif. 135. par. 2. diuers.

Falsus homo non est homo, Capell. Tholof. quæst. 331.

Fama.

Fama, manifestum, publicum, & notorium, in quibus differant, gloss. magna, in cap. vestra duxit extr. de cohabit. cler. & mulier.

Fama est quid indiuiduum, & ideo operatur extra iurisdictionem stantentis, Crauet. conf. 9. nu. 9.

Familiaris, & Familiaritas.

Familiaris, & de familia quis dicitur, vide Bero. quæst. 35.

Familiaris Principis, est quem Princeps super se, & causa sui cultus tenet Castren. conf. 340. lib. 1. Gomez. in reg. de familiarib.

Familiaritas extinguitur per absentiam 20. annorum, Rot. decif. 421. lib. 1. diuers.

Fatalia.

Fatalia non currunt pendente causa in tribunali maiori, Rota coram Pamphilo in Mediolanen. legati 30. Octobris 1585. cap. ex insinuatione extr. de appellat.

Fauores.

Fauores sunt ampliandi, odiosa verò contrahenda, l. cum quidam ff. de lib. & posth.

Feudum.

Feudum vide infra in verb. filia nu. 26. filius nu. 28. & 29. in verbo vassallus, & in verbo questio nu. 29.

Feuda omnia in hoc Regno sunt hereditaria ex comuni formula inuestiturarum, vt docuit Napod. ad consuetudinem si testator in verbo disponere, D. Præf. de Franchis decif. 6. nu. 3. Afflict. decif. 140. quos refert, & sequitur D. Reg. Carolus Tapia in Iur. Regni tom. 6. tit. 21. fol. 118. vers. Regno.

Fictiones.

Fictiones duæ non concurrunt in eodem subiecto.

Limitatur, vt per Add. ad Abb. in cap. significauit de rescript. circa finem.

Fideicommissarius, & Fideicommissum.

Fideicommissarius secundus non potest detrahere quod ab detraxit primus, l. 1. §. inde Neratius, & ibi Bart. & alij ad Trebell. l. ex a se eod. tit. Guid. Pap. conf. 133.

Limita vt non procedat quando secundus esset hæres primi, Salyc. in l. sumus in princ. C. de inoffic. testam. Paris conf. 9. nu. 10. lib. 2. Dec. conf. 138. nu. 4. vide Fulgos. conf. 81. Aymon. conf. 144. nu. 5. & conf. 972.

Fideicommissarius largo modo dicitur hæres, Corn. conf. 279. nu. 7. lib. 3.

Fideicommissarius pendente conditione satis factus, nõ transmittit

tit

- tit spem fideicommissi ad heredem suum. l. in causa cognitione §. Pōponius, & ibi gloss. ff. de minor. Doct. in l. heredes mei §. cum ita ad trebell. vbi Rip. num. 59. & est cōmunis opinio, vt per Soc. Iun. nu. 47. Menoch. conf. 95. nu. 100. lib. 1. gloss. in l. post mortem, C. de fideicommiss. Castron. et Doct. in in l. filius à patre in fine de liber. et posthum.
- Amplia vt procedat in legato, & fideicommissio reuersionis, distinguendo tamen, vt post alios tradit dinumerando, Bolognet. in d. l. heredes mei §. cum ita ad trebell. num. 143. Soc. iun. conf. 54. lib. 4. Limita vt procedat quādo decessit vterque substitutus, secus si superest vnus substitutus, cū quo nepos possit succedere, quia filius succedit in locum patris in fideicommissum, Cephal. conf. 16. lib. 1. Amplia hanc limitationem, non solum in descendantibus, sed etiā in extraneis, Berou. conf. 104. col. 10. versic. non obstat tertium vol. de Ruin. conf. 88. col. penult. in fin. lib. 1. et conf. 156. lib. 1. Paris conf. 25. vol. 2. Crauet. in l. cum filio fam. num. 356. part. 2. de legat. 1. et quasdam coniecturas cōf. 472. lib. 2. quibus ipse respondet.
- Contrarium tenet Dec. conf. 417. Corn. conf. 180. col. 1. lib. 2. Menoch. conf. 105. num. 35. Coniecturas asserit Menoch. conf. 200. num. 81. lib. 2. et conf. 95. nu. 102. lib. 1. et Cephal. conf. 16. lib. 1. et sic limitatur ex coniecturis, et videas Dec. conf. 574. num. 4. Boer. decif. 151. nu. 28. Menoch. conf. 95. nu. 106. Ruin. conf. 130. nu. 4. lib. 3. Nonius conf. 4. in fine, Oddus in tract. compendiose part. 6. lim. 6. in fi. Soc. in l. heredes mei §. cum ita num. 37. ad trebell.
- Fideicommissarius tenetur ad solutionem legatorum, nō tamen pro debitis tempore heredis grauati, l. conf. 95. lib. 1. in fin.
- Fideicommissarius non tenetur ad legata annua soluenda ex fructibus perceptis ab herede, Surd. decif. 28.
- Fideicommissarius detrahit suo legatario quod sibi ex causa falcidia fuit detractū, l. facta §. si Titius ff. ad trebellianum.
- Fideicommissum potest fieri etiā in contractibus, Rota coram Seraphino in Romana Castri Cādulphi de anno 1588. Aym. conf. 19. nu. 9.
- Fideicommissio locum factum esse dicitur per impositionem census, Rota diuers. decif. 480. nu. 1. p. 1.
- Fideicommissum perpetuum censetur inductum per testatorem vocantem agnationem, Rota decif. 568. par. 1. diuers.
- Fideicommissum non extenditur de persona ad personam, Dec. conf. 211. num. 5. & conf. 228. nu. 9. Paris. conf. 81. num. 5. lib. 3.
- Fideicommissum reciprocum, vt inducatur concurrere debent requisita, Soc. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad trebell. Seraphin. decif. 409. num. 4.
- Fideicommissum copulatiuè relictū, hoc modo, substituo superuiuentem, & prēmortuorum filios, si deficiat alter ex copulatis, videlicet superuiuens, cum quo prēmortuorum filij vocati sunt, non videtur præstandum, nec fideicommissio factus esse locus, l. si heredis §. fin. & ibi Bart. de condit. instit. maxime quia fideicommissum est odiosum, l. cohæredi §. cum filie de vulg. l. in l. ex tribus C. de inoffic. testam. iuncta doctrina Bart. in l. 2. in prin. cap. de verb. oblig. Alex. in lillam num. 11. C. de coll. facit in simili Non. conf. 16. num. 12.
- Contrarium tenet Bero. conf. 73. lib. 2.

lib. 2. & facit arg. l. si viua matre, C. de bonis mater. & quod notat Bartolin. in auth. ex causa num. 7. de lib. præter.

Fideicommissum non inducitur ex prohibitione personali, Rota dec. 649. part. 1. & vide Alb. Mandell. conf. 52.

Fideicommissum debet probari per testes rogatos, licet fieri possit coram testibus non rogatis, Soc. iun. conf. 179. lib. 2.

Fideicommissum non operatur quod testamentum sibi præteritione rûpitur, vide supra in verbo clausula versic. clausula codicillaris virtute.

Fideiussor.

Fideiussor potest conueniri coram suo Iudice, licet principalis sit in foro privilegiatus, Specul. in titul. de compet. iud. adit. §. 1. num. 26. Guid. Papæ sing. 449. Roman. sing. 633. Cagnol. in l. venditor nu. 8. ff. de iud. Aret. conf. 33. Bart. in l. præcipimus §. eadem obseruando, C. de appell. loquitur in indiuiduis, Couarru. pract. quæst. cap. 24. num. 2.

Fideiussor censetur se in solidum obligare, Mant. de tacit. conuent. lib. 16. tit. 19. in princ.

Fideiussor debet dari in loco iudicij, non autem remittitur extra Prouinciam si fideiussio sit voluntaria, l. si fideiussor §. necessaria, & ibi Bart. Ang. ff. qui satisfacere cogant. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 46. num. 12. Gomez. de fideiuss. num. 6. vide gloss. in l. si finita §. item. videamus in verbo asseratur ff. de damno infecto.

Fideiussor potest conueniri, licet debitor sit in carceribus detentus si eius bonis non sufficiunt, Bald. in l. fin. §. sed si cum Seio ff. si cert. pet. num. 9.

Fideiussor exactus executione potest

eadem adione agere contra principalem ad recuperationem soluti, Castrenf. in l. fin. num. 3. C. de vsuris rei iud. Ioan. de Amic. conf. 34. Florian. in l. si plures §. si plurius nu. 3. C. de noxal. action. l. cum vendente C. vbi causæ fiscal. & ibi Bal. Salic. & Castrenf. Bald. conf. 266. nu. 4. vers. illud non admitto, vol. 1. Marsil. in rub. de fideiussor. num. 362. & 363. Soc. iun. conf. 42. lib. 4. num. 4. vide Franc. in cap. fin. num. 6. de foro compet. in 6.

Fideiussor rei sibi donatæ præiudicat sibi respectu fideiussionis, non autem respectu donationis, Seraph. decif. 159.

Fideiubere est perdere, Creuen. dec. 3. de constit.

Fideiussor de Iudicatû soluendo non tenetur soluere poenam proueniẽtem à statuto, si conuentus in scietur, nisi largo modo accipitur ista fideiussio, Aret. in §. sequens num. 4. in tit. de act. Surd. decif. 218. & quid in alia instantia, Gabriell. conf. 53. lib. 1.

Fideiussor non concurret in satisfactione cũ eo ad cuius fauorẽ fideiussit, Castrenf. conf. 285. in fin. lib. 1. vide Dec. conf. 104. lib. 1. Socci. sen. conf. 206. & Rota coram Lancelloto in Romana pecuniaria die 15. Maij 1609.

Fideiussor acceptus in actionibus stricti iuris arbitrarijs non tenetur ad interesse ratione loci, siue ante moram, siue post moram sit acceptus, ita notat Ang. Aret. in §. præterea in tit. de act. nu. 7.

Fideiussor largo modo dicitur quicumque se pro alio obligat, & quauis in solidum se obligauerit, tamẽ si pecuniæ ad alium peruenierit dicitur fideiussor, Rota decif. 153. par. 2. diuers.

Fideiussor censetur approbare, & consentire contractui cui accedit, Ro-

sa decif. 797 par. 1. diuerf. vide de
cif. 788. par. 1.

**Fideiuffor qui non oppofitis excep-
tionibus foluit debitum non ro-
petit à principali, Rota decif. 113.
par. 1. diuerf.**

**Fideiuffor qui accepit obligationi
ex die, vel de euictione, non dici-
tur diu fletiffe in obligatoue ante
fecutam euictionem, Gomez in
tract. de contract. tit. de fideiuffor-
ibus, vide Rota coram 4. flo. 4.
Maij 1600.**

**Fideiuffor acceptus in subsidium am-
plius non teretur si principalis
fuit femel foluendo, deinde credi-
tor neglexerit agere contra illu,
& sic principalis poftca fuerit ef-
fectus non foluendo, l. si fideiuffo-
res vbi Bart. & optimè Caftrenf. ff.
de fideiuffor. Rota. conf. 45. nu. 5.
lib. 5. Barfute conf. 224. nu. 27. lib.
2. Dec. conf. 107. num. 2. Alex. laf.
& Doct. in l. fin. ff. si certum petat.
Alex. in l. decem num. 2. de verbor,
obligat. Gomez. in tract. de con-
tract. tit. de fideiufforib. num. 9.**

**In subsidium aurem datus, fuit ac-
ceptus cefetur, vbi adest claufula,
aliàs de suo proprio. Dec. d. conf.
107. n. 2. quia d. tio aliàs licet cõ-
ditione, Bart. in l. 1. ff. de condit.
& demonftrat. & debet interpella-
ri fideiuffor, Dec. d. conf. 107. n. 2.
Amplia, principalis conclusio, vt
procedat, etiam si fideiuffor fim-
pliciter fit acceptus, Rota. in ter-
minis conf. 45. nu. 5. lib. 5. per do-
ctinam Doctorum in d. l. decem
de verb. obligat. Alex. in d. l. fin. n.
12. ff. si cert. petat. & idēmes Alex.
in d. l. decem num. 1. vsque ad 7. de
verbor. obligat. quia creditor si ne-
gligat agere contra principalem
dicitur id facere in fraudem fidei-
ufforis, vt per Bart. & Doct. in d. l.
si fideiuffores ff. de fideiuff. Bart. in**

**l. si fideiuffor creditori de fideiuf-
foribus.**

**Amplia etiam vt non fit necessa-
ria proteftatio, sed denunciatio fi-
de iufforis, vt creditor agat contra
principalem, Rota. d. conf. 45. nu.
5. lib. 5. quia Caftren. in d. l. si fidei-
uffores fimpliciter loquitur, & ita
vbi Bart. & multo magis si effer fa-
cta proteftatio, Gomez. tract. de
contract. d. tit. de fideiufforib. n. 9.**

**Fideiuffor in dubio videtur accede-
re in subsidium, Alex. in l. decem
num. 2. de verb. oblig. Caftrenf. in
l. fin. num. 11. ff. si cert. petat.**

**Fideiuffor in contractu cõsens. non
potest petere se liberari a fideiuf-
fione, Bald. conf. 425. lib. 4.**

**Limita quando effer exprefe con-
uentura, vide coram Ortenfengo
in Bononiens. census 16. Octobris
1502. & coram Iusto 4. Maij 1600.**

**Fideiuffor, quando se obligauit vt
principalis, per omnia, vt princi-
palis iudicatur, Alex. conf. 23. lib.
4. laf. conf. 58. lib. 3. Barbat. conf.
86. num. 4. Dec. conf. 268. Duran-
de act. restand. tit. 6. cap. 30. num.
2. laf. sibi contrarius conf. 135. 2. p.
Gabriell. tit. de fideiuff. conclus. 2.
in fin. Bald. in l. d. i. tantis C. de te-
ftam. & coram Lancellotto in vna
Romana indemnitate de anno
1578. & coram Blanchetto in vna
Romana emphit. ven. 28. Nouem-
bris 1578. vide Capell. Tholosan.
quæst. 80.**

**Fideiuffor qui promittit indemnitate
renunciando beneficio de fideiuf-
foribus, nõ poterit cõueniri prin-
cipali non excuso, Bald. in l. 1. nu.
1. C. de reuocand. ijs, quæ in fraud.
crediti. Gomez. in tra. de contract.
tit. de fideiuffor. add. ad Bart. in l.
quero ff. locat. Sura. conl. 4. in fin.
Beniat. decif. 81.**

**Hoc tamen non procedit quando
ad effer verba prægnantia, vide
Rot.**

Rot. coram Mellino in Romana cēsus de āno 1601. de Cupis Grat. discept. 130.

Fideiussor qui promisit soluere quicquid constabit Titium debere, nō tenetur post mortem Titij, l. qui Romæ §. Augerius vbi Castrenf. & Soc. de verb. obligat. & ibi repetēs Gomez. in tract. de contract. tit. de qualitatib. contract. nu. 36. Mant. de tacita conuent. lib. 16. Bertazz. de claus. clauf. 43. gloss. 3.

Fideiussor si precibus vnus principalis pro duobus in solidum fideiubeat, & principalis cuius precibus fideiussit, promittat illum indemnem conseruare, nec adijciat in solidum, an censeatur promississe illum conseruare pro parte sua, vel in solidum pro ambobus.

Pro affirmatiua, quod censeatur promississe in solidum fortiter stringit, tex. in l. qui fide, cum multis similibus eod. tit. ff. mandat. ponderando dictionem vtrosque, quæ attribuit actum cuiuslibet in solidum, vt notat Bartol. in l. hoc articulo de hæred. instit. num. 5. & facit doctrina eiusdem Bart. & DD. in Authent. hoc ita C. de duob. reis, vbi licet facta non sit promissio solidi tamē præsumitur, idem tradit Bellon. & DD. in §. si plures instit. de fideiuss. l. fin. ff. quod iustu.

In contrarium facit, quia non potest esse plus in accessoria obligatione, quam in principali, arg. l. cū principalis ff. de reg. iur. est tex. & ibi Aret. & Bellon. in §. fideiussores, instit. de fideiuss. l. si in l. si conuenietur nu. 14. ff. de iurisdic. omnium iud. Confirmatur, quia sicut se habet fideiussio ad principalem obligationem, ita conseruatio indemnitatis ad fideiussionem, arg. à proportionem, vt per Euerard. in loco à proportionem, & tu sequeris meliorem opinionem.

Fideiussor quando videatur fideiussisse, etiam pro vsuris, gloss. in l. fideiussor. C. de fideiuss. Bartol. in l. quæro ff. locat. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 50.

Fideiussor non potest se in plusquam principalis obligare, l. grex §. illud. l. hi qui accessionis ff. de fideiuss. & §. fideiussores instit. eod.

Limitatur vt non procedat quando fideiussor iurauit, quia si in eo, quod plus est non obligatur vt fideiussor, obligatur vt principalis, arg. l. cum pater §. filius matrem ff. de leg. 2. Bart. in l. si quis pro eo in octauo membro ff. de fideiuss. Angel. Aret. in d. §. fideiussores, Alex. conf. 32. in 4. vol.

Fideiussor qui se vt principalis, & in solidum obligauit medio iuramento non gaudet priuilegio fideiussorum, etiam quod procefferit pro minore, Moed. decif. 2. de fideiussorib.

Fideiussor qui se limitat ad tempus obligauit vltra illud non tenetur, Rota decif. 567. par. 1. diuers. vide dec. Thesaur. 125. Capell. Tholos. quæst. 182.

Fideiussor quibus modis liberetur, vide per Gomez. in tract. de contract. tit. de fideiuss. nu. 18. Thesaur. decif. 135.

Fideiussor qui soluit alio mediante, repetit à principali debitore, Surdus decif. 118.

Fideiussor qui se vti principalis obligauit habet exceptionem discussionis de æquitate, Thesaur. decif. 166. contra Verall. decif. 273. nu. 9. lib. 2. secus si addat in solidum, Boccac. de societ. num. 43.

Fideiussoris præstatio debiti confessionem inducit, l. cum notissimi cū ibi notatis C. de præscript. nu. 30. Bart. in l. cum quis §. si quis pro reo ff. de solut. num. 5. & ibi gloss.

Declarat vt per Bart. in d. l. cū quis

M §. si

- S.** si quis pro reo d. num. 5. vt non procedat quando protestatus eſſet ſe nolle teneri in plusquam apparebit eum teneri.
- Fideiuſſor ſe ad longius tempus, quā principalis obligare poteſt, §. fideiuſſores in ſtit. de fideiuſ. vbi Aret. num. 4.**
- Fideiuſſor conſentit alienationi rei, pro qua fidei iubet, & ob id rē euincere nō poteſt, l. exceptionem doli C. de cuiſt. & ibi gloſſ. Hoc autem non procedit in hærede fideiuſſoris, l. ſin. C. de cuiſt. Surd. conſ. 114. num. 24. lib. 1.**
- Fideiuſſor qui exceptione munitus illa non vtitur ſolum non repetit, l. ſi pro ea in ſin. C. mādat. Bald. in l. conſtitutionibus C. de vſuris cap. peruenit; de fideiuſſorib. vbi gloſſ. & DD. Papiēſ. in form. libell. contra plures, in verbo interceſſerunt. Limita, & declara, vt per gloſſ. in d. cap. peruenit. Limita etiā ſi exceptio quæ omititur ſit de apicibus iuris, Aret. in rub. in ſtit. de except. nu. 21.**
- Fideiuſſor exactus per iniuriam, & indebitē non recuperat à principali, Alex. in l. ſi quis iniquum §. ſi is pro quo, ff. quod quiſque iur. Afflicti. decif. 149.**
- Fideiuſſorem dare non eſt omnibus facilē, Auth. de poſito in ſin.**
- Fideiuſſor tenetur appellare, l. ſi procuratorē §. ſi ignorantēs vbi Bald. ff. mandāt.**
- Fideiuſſor de ſtando iurij quatenus principalis non ſtet poteſt duntaxat conueniri ad verum intereſſe, l. 2. §. in fideiuſſores, & ibi Alber. num. 3. ff. qui ſatiq̄ cogant.**
- Fideiuſſor contractus non poteſt cōdemnari ex proceſſu formato cum principali, Surd. conſ. 114. lib. 1. Panciroli. conſ. 14. Surd. decif. 218. num. 11.**
- Fideiuſſori, an nocent geſta cum ſiſto contumace, vide ſupra in verb. citatio num. 11.**
- Fideiuſſoris obligatio non tollitur propterea q̄ principalis diſpoſitio corruat, ſi ſit obligatus, vti principalis, fuit dictum corā Orano 8. Septembris 1598. in vna Romana cenſus, Mohed. decif. 3. de fideiuſſ. Fides.**
- Fides de pretio non præſumitur habita in rebus, in quibus conſuevit pretium ſtatim ſolui facere cap. 2. §. 2. de foro compe. in §. nu. 4. Filia.**
- Filia excluſa à ſtatu extantibus masculis non cenſetur excluſa à hæreditate matris, vcl. quæ maternæ, quia cenſetur tantum excluſa ab hæreditate dotantis, Dec. conſ. 326. & conſ. 234. Alex. conſ. 29. lib. 1. & conſ. 151. lib. 2. vide aliquid per Aym. conſ. 84. num. 4. & quid ſi per pactum, Capell. Thoſan. quaſt. 458.**
- Filia excluſa à ſtatu, deſinit eſſe ſua, & reputatur extranea, & ideo non eſt neceſſe eam nominatim, & excludere, Dec. in l. 1. in 3. lect. nu. 18. ff. ſi cert. petat. Bartol. in l. 1. §. ſciendum ff. de ſuis, & legitim. & ibi Add. Alex. conſ. 20. lib. 1. num. 5. & aduertas, quod Bart. loquitur in d. l. 1. §. ſciendum de excluſa à ſtatu temporaliter cū loquatur de ſtatu Peruſino, Curt. iur. cōſ. 341. num. 16. & 17. lib. 2.**
- Filia à matre ſimul cum patre dotata à ſucceſſione bonorum matris nō excluditur, quia onus dotādi ſpectat ad patrem, nō ad eam, l. vlt. C. de dot. promiſſ. l. qui liberos ff. de ritu nuptiar. Bald. & DD. in auth. res quæ C. commun. deleg. & mater videtur magis interceſſiſſe, quā de ſuo quicquam donaſſe, Cornetus poſt Bart. Bald. Salyc. Ang. Fulgol. Paul. & Imol. in conſil. 124. per**

per text. in l. vir, & vxor §. vlt. ff. ad Senat. Consult. Velleianum, quos refert, & sequitur D. Præses Vrinus in tract. de success. feudot. par. 3. q. 2. art. 2. num. 7.

Filia à statuto exclusa non facit partem ad augendam filiorum legitimam, Burl. conf. 438. num. 1.

Filia hæbrei facta christiana debet dotari à patre hæbreo, Aret. instit. de except. §. præterea num. 27.

Filia vidua non potest testari de sua dote patre viuento, Thesaur. dec. Pedem. decif. 150.

Filiabus in certa re institutis, & in tota hereditate masculis, si dixerit testator filios meos ad inuicem substituo, non comprehendit feminas, Bart. & DD. vbi las. in l. lucius num. 25. ff. de vulgar. & pupill.

Limita primo, vt ibi per las. num. 26. procedere quando adessent plures masculi, secus si vnus propter pluralitatem.

Secundo limita, quando omnes masculi vel repudiassent, vel mortui essent, las. vbi supra num. 27.

Filiatio.

Filiatio quomodo probetur, tradit pulchrè, & latissimè Menoch. de arbitr. lud. lib. 2. cent. 1. cas. 89. Mascard. de probat. Bart. in l. is potest & in d. l. is potest num. 330. ff. de acquirend. hæredit. Marant. in repetit. quæ repetitio est in fin. sui tract. de ord. lud. Bart. in l. non nudis C. de probat.

Filius.

Filius non tenetur ad debitum patris superstitis, personali actione, l. patris C. ne filius pro patre, & è contrà, & gloss. ibi, & an statutum contrarium distans valeat, vide las. in l. de quibus ff. de legib.

Filius præteritus si steterit per triginta annos, & non dixit testamentum nullum, valet illud testamentum,

6. par. princ. in octano actu vers. &
productantur scripturę, instrumen-
ta num. 36.

Limita in instrumento procura-
tionis, quia debet in actis admitti
originale, vt post Bald. in l. instru-
menta de fideic. habetur per Ma-
rant. vbi supra num. 37. nisi in isto
instrumento plura capitula conti-
nerentur.

Instrumenti executio potest fieri cõ-
tra tertium possessorem non cita-
tum, & negotio non liquidato,
quando in instrumento adest clau-
sula præcarij, & pactum de capien-
do, Franc. Aret. in consil. 21. col.
fin. Soc. conf. 82. col. 3. vol. 3. refert
Marant. in tract. de ord. Iudic. in
vers. & post omnia aduertatur cir-
ca execut. num. 33. Antonius Mas-
sagalle in suo tract. oblig. Camer.
contra Ang. in l. actio quidem nu.
2. C. si vnus ex plurib. hæred. vide-
as ad hoc decif. Sarne. 94. vbi de-
stinguit, & conciliat opinionem,
Soc. conf. 82. cum Aret. consil. 32.
Felyn. in cap. qui V. de iudic.

Instrumentorum amissio probatur
iuramento, l. fin. de fid. instrum. Lu-
douic. Pont. in l. quoties ff. qui sa-
tis dare cogant. & testes deponen-
tes debent esse periti, Surd. consil.
144. lib. 1.

Limitatur vt non procedat quan-
do aduersarius vellet probare fal-
sitate, vt per Jan. de Prato, quem
refert Cypoll. caut. 148.

Instrumentum differt à contractu, la-
tè Surd. conf. 144. lib. 1.

Instru.

Instrumentum contractus, siue rei gestæ quisque sibi fieri petere potest, Tiraqu. de retract. lign. §. 29. gloss. 5. Surd. conf. 144. lib. 1. nu. 4.

Instrumenta de nouo reperta fuisse, probatur iuramento producentis, Bart. in l. admonendi num. 4. ff. de iure iur. cap. præsentiam extr. de testibus.

Limitatur vt non procedat quâdo quis fuisse semel de falso conuictus, las. in d. l. admonendi nu. 60. vbi etiam affert aliam limitationem vt non habeat locum nisi vsque ad duas vices.

Instrumenta debent continere verba facti non iuris, Oldr. conf. 272. Palear. decif. 293. in fin.

Instrumento reprobato, corrumpit tacitâ confessio resultans ex illius productione, Felyn. in cap. cum venerabilis num. 24. de except. vbi plures dat limitationes, Pedemon. decif. 39.

Instrumentum non liquidum nõ meretur executionem quamuis statum distet executioni demandari debere, Castrenf. conf. 165. lib. 2.

Instrumenti executio si petatur in loco vbi non extat statutum quod det viam executiuam, non mandabitur executioni, quamuis in loco celebrati instrumenti extaret dictum statutum, Gomez. ad l. 64. Tauri num. 8.

Instrumentum si producitur ad effectum probationis non habet executionem, Roman. conf. 300. nu. 3.

Instrumentum si in parte probatur falsum non meretur fidem in aliqua, Abb. conf. 99. lib. 1.

Inter.

Inter masculos, & feminas hodie quo ad exheredationem, & successionem nulla est differentia, gloss. in verb. nihil interesse §. sed ex infit. de exhered. liberor. & Auth. que tertis C. de collat. bo-

nor. sed in alijs multæ sunt, vt ff. de statu hom. l. in multis.

Inter virum, & vxorem causa cõpromittitur, vide supra in verb. causa.

Inter mercatores proceditur de bono, & æquo, & idem operatur inter eos pactum quod stipulatio, vide supra in verb. delegatio concl. 1. ver. limita vt non procedat.

Intercedere.

Intercedere vide infra in verbo mulieres in fin. num. 5.

Interdictum.

Interdictum retinendæ dicitur quodammodo restitutoriu, gloss. & DD. in l. clam possidere §. qui ad nundinas vbi Roman. ff. de acquir. poss. Neuizz. conf. 81. num. 26.

Interdictum est diuinorum suspensio tam actiuæ, quàm passiuæ, Calder. in tract. de interdict. num. 2. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. quest. 6. num. 85. Capell. Tholof. quest. 133.

Interdicti sententia non tollitur per satisfactionem, sed requiritur relaxatio, Add. ad Abb. in cap. ab excommunicato nu. 2. de rescript.

Interdictum potest restringi ad certum actum vnde potest Clerico interdici exercitium alicuius ordinis tantum, gloss. & Abb. num. 6. in cap. sane de offic. delegat.

Interdicta Ciuitate non est interdicta Diocesis, Ferret. conf. 100.

Interdictum Saluanum vide infra in verb. Saluanum num. 43.

Interesse.

Interesse facile probatur in Ciuitatibus vbi continuò reperitur occasio collocandi pecuniã ad honestu lucrum, prout in Vrbe, Rot. decif. 658. par. 1. diuers. vide Hecl. Felic. de societ. cap. 24. Seraph. dec. 186.

Interesse lucri cessantis habet locum in eo, qui solitus est negociari, quod debet esse certum, & hoc articulandum, & probandum est, vt

- per Dec. in l. diem functo ff. de offic. Assessor. num. 8. Seraph. decif. 721. & non debet istud interesse excedere legitimum modum vsurarum, l. fin. ff. de peric. & comod. rei vend. Dec. conf. 116. Alex. confil. 141. num. 2. lib. 5. sentit Abb. in cap. conquestus de vsur. & idem Abb. conf. 85. 2. par. sub num. 5. vide Felyn. in cap. cum venerabilis num. 8. extr. de except. & in cap. P. & G. de offic. delegat. Neuizza. cōf. 77. vide Rot. coram Litta in Romana pecuniaria 15. Odob. 1599. Marant. de ord. Iud. in tertia dist. princ. num. 37.
- Cōtrariū tenēt Abb. & Anchar. in cap. salubriter de vsur. & idē Anchar. conf. 130. Bart. Angel. Paul. in l. continuus §. cum ita de verb. oblig. Alex. conf. 141. lib. 5. & interesse damni emergentis debet in individuo probari DD. in cap. 1. de vsur. Mohed. dec. 3. de vsur. & Rot. decif. 315. par. 2. diuers. num. 6. & decif. 467. par. 1. Hecf. Felic. de societ. cap. 24.
- Interesse est diuisibile, Bart. in l. de pupillo §. si plurium num. 3. ff. de nou. oper. nunt.
- Interesse quando, & quibus casibus taxari possit à principio, latē Crauet. conf. 189. Cef. de Grass. decif. 2. de vsur. vidē Hector. Felic. de societ. cap. 24.
- Interesse quanti plurimi quando debeat, Plot. de in litem iurand. §. 4. num. 67. & seq.
- Ad interesse expēsarum medicorum, & ratione operarum quando homicida teneatur, vide supra in verbo homicida num. 37.
- Interesse, seu fructus, vel vsuræ in cōtractibus bonæ fidei veniunt officio Iudicis mercenario, vnde soluta forte principali, vel super ealata sententia, & fructus non sint petiti, nec sit facta eorum condem-
- natio amplius peti non possunt iuxt. l. 4. C. de posit. Bald. & Alex. in l. si marito §. si fundus ff. de solut. matr. vbi de communi las. in §. actionum autem num. 63. instit. de act. & ibi Aret. num. 3. Capyc. dec. 19. num. 10.
- Limitatur quando interesse esset promissum per stipulationē, Alex. in d. l. si marito §. si fundus ff. solut. matrim.
- Interesse nisi fuerit petitum in libello non potest in eo fieri condemnatio, Bald. conf. 119. lib. 2. num. 1. contra Mising. centur. 4. obser. 55. pract. Papiens. in libell. act. real. in verb. simul cum fructibus, Capyc. decif. 19.
- Interpellatio.*
- Interpellatio pro expeditione causæ semel facta impedit cursus fataliū contra interpellatum, Aret. in §. sic itaq; instit. de act. num. 21. vide Gomez. in regul. de Annali quæst. 14. num. 7. & 10.
- Interpretatio.*
- Interpretatio declaratiua alicuius actus potest fieri etiam parte non citata, Rot. decif. 592. par. 1. diuers.
- Interrogatorium, & Interrogari.*
- Interrogatorio an aliter veritas sciri haberi posset, est respondendum, & nō dicitur captiosum, Thesaur. decif. Pedem. 261.
- Interrogari quis nō potest an sit hæres, nisi cōtra eum iudicium institui potest, Roman. conf. 249.
- Intimatio.*
- Intimatio actus nulli notificanti non prodest, nec notificato nocet, Brun. conf. 104.
- Intrusus.*
- Intrusus dicitur qui non habet titulum legitimum, cap. eum qui de præbend. in 6.
- Inuentarium.*
- Inuentarium quomodo conficiatur, & requisita, vide Borgnin. de tut.

tut. & curat. numer. 106.

Inuentarij confectiōe testator prohibere potest hæredi ad fauorem legatariorum, ita vt hæres nullo modo vti possit beneficio inuentarij aduersus legatarios, Crauett. conf. 174. num. 3. in a. dubio vsque ad fin. conf. Franc. Arct. in l. nemo potest ff. de legat. 1. Contrarium tenet Phan. de inuent. hæred. in. 2. par. num. 69. & 70.

In inuentario debent describi omnia bona etiam commodata, Surd. cōf. 516. lib. 4. & sunt citandi creditores, Bellam. decif. 279.

Inuentarij beneficium cedi potest arg. l. si hæres pecuniam ff. ad Trebell. Iacob. de Baluin. in Auth. de hæred. & falcid. §. si vero expressim Roland. à Valle in tract. de inuēt. quæst. 26. vers. quod si hæres, pract. Pap. in form. libel. quo petitur hæred. ex test.

Inuentarij beneficium, quod datur hæredi per l. fin. C. de iure deliberand. quando competat, vide sup. in verb. beneficium vers. beneficium inuentarij.

Inuentarij confectio quamuis sit remissa, tamen si substitutus petat fieri descriptio suis expensis non est deneganda, Castrenf. conf. 366. lib. 1.

Inuentarium nõ redditur nullum ex quo in eo non fuerint citati omnes creditores, sed sustinetur quo ad citatos, licet non præiudicet nõ citatis. Roland. de confectio. inuent. §. quid si aliqui fol. 71. Phan. de confect. inuent. 3. par. num. 26. Crauet. conf. 179. Surd. conf. 281. lib. 2. num. 26. Alex. conf. 106. lib. 5. num. 17. debent etiam citari quorum de facili potest haberi notitia, Crauett. conf. 225. Grat. discept. forens. 194. potest tamen consuetudine induci vt non requiratur citatio, Rot. dec. 629. par. 2. diuers.

Iudex.

Iudex non redditur suspectus ex quo aduocatus sit suus familiaris, Abb. in cap. 1. de offic. Iudic.

Iudex appellationis potest addere, & detrahere sententiæ etiam ad fauorem appellati, Capell. Tholos. quæst. 359.

Iudex potest allegari suspectus quando actor est eius dominus, Abb. in d. cap. 1. de offic. Iud. & quinque causas, propter quas possit allegari suspectus, tradit gloss. in cap. accedens el segundo extr. vt lite non contestata vbi Abb.

Iudex antequam procedat ad actus expeditione debet esse certus de sua iurisdictione, Verall. dec. 402. par. 2. Grat. discept. forens. 170. & declara vt ibi.

Iudex non impertitur officium suum nisi petenti.

Limita quando agitur de honore ipsius, vel etiam agatur de commodo publico, Felyn. in cap. causam quæ sub num. 1. vbi Add. de Iudic.

Iudex non inquirit de mandato procuratoris, Abb. & Felyn. in cap. causam quæ de iudic. Sarnen. in compendio Sig. num. 73.

Limita vt ibi per Felyn. tribus modis sub num. 1.

Iudex debet absoluerere accusatum, quod Titium interfecerit si accusator probauit quod illum interfecerit per alium, puta per famulum, socium, vel amicum, aut cõsanguineum, quia nõ est probata accusatio, vt decuit, ita singulariter dicit Io. Mona. in regul. qui per alium de regul. iur. lib. 6. per quæ regulam cõtrarium videbatur dicendum, nõ qui per alium facit per se ipsum facere videtur, quod non obstat, immò facit pro, dum vtitur verbo videtur, quod denotat fictionem, & sic quod quis Titium per alium interfecerit est per fictionem, & accusatio debet pro-

- probari in veritate, Bal. in cap. 1. §. iniuria in vlt. col. vers. pone acuso te, de pace iur. & fir. Felyn. in cap. mulieres in penult. col. de sentent. excomm. & ita notat D. Ioan. Dearnon. comment. 159.
- Iudex secularis non potest distringere Clericum, & aliter faciendo incurrit excommunicationem, cap. 1. de foro competent. vbi glos. & DD.**
- Iudex secularis nullam prorsus iurisdictionem habet in rebus Ecclesiæ etiam quo ad possessionem, cap. si iudex laicus de sentent. excomm. in 6. Abb. conf. 83. lib. 1. Rota coram Litta in Mediolanens. Alemanis 15. Maij 1602. & coram eodem 17. Iunij eiusdem anni in Calagustana beneficij.**
- Iudex appellationis cognoscit de eo quod fuit deductum coram primo Iudice, Rot. dec. 15. de sentent. & re iudic. in antiq. Vant. de nullit. & defect. iurisd. num. 87. Pacirol. conf. 120. num. 4. & conf. 122. num. 2. Surd. conf. 268. Castrensis. in l. si is apud quem num. 4. ff. de acquir. poss. Afflict. decif. 155. Surd. decif. 175. Grat. discept. forens. 6.**
- Amplia si esset appellatum in parte, & partibus coram Orano in Pampilonæ iurisdictionis 13. Maij 1586.**
- Limita si adesset clausula quam & quas, Grat. d. discept. forens. 6.**
- Iudex potest scribere acta quæ fiunt coram ipso in causis uilibus, Aret. in 5. tripli num. 5. instit. de act.**
- Iudex non potest esse Canonicus in causa Concanonici sui cap. cum R. de offic. delegat. vbi glos. Abb. & Felyn. extendentes ad socios, & alios.**
- Iudex postquam tulit sententiam in causa conuentionis non potest recusari in causa reconuentionis, Capell. Tholos. quest. 367.**
- Iudicis recusatio debet esse prima, exceptio, & opponi cum iuramento, & ex iusta causa, Rot. decif. 2. par. 2. diuers. & debet causa exprimi, & appellatur si ad vltiora procedit, Rot. decif. 563. 1. par. diuers. & debet fieri in scriptis, Capell. Tholos. quest. 479.**
- Iudex potest allegari suspectus ratione amicitie, domesticitatis, superioritatis, & subiectionis, de quibus vide gloss. in cap. cum R. de offic. delegat. & per Abb. in cap. 1. extr. vt lite non contestata.**
- Item ratione originis, & patriæ cum actore, cap. accedens el segundo extr. vt lit. non contest. Gomez. super de Idion. quest. 1. num. 7. & de iure ciuili satis est illum iurare suspectum quamuis de iure canonico causa suspicionis sit probanda, Matth. Brun. conf. 95. per totum.**
- Iudex quando possit cognitionem, exceptionum ad finem cause referuare, vide per Abb. & Felyn. in cap. cum contingat de offic. deleg. Grat. discept. forens. 170.**
- Iudex potest se moueri ad iudicandū ex confessione viua voce coram eo facta, Bald. in l. 1. C. de manum. vindict. Gomez. super regul. de Annali quest. 4. num. 2. & infra num. 5. quod non potest iudicare ex actis quæ sibi particulariter exhibentur.**
- Iudex si partes neglexerint dare listā suspectorum ex officio potest committere audientiā testium latè Muscatell. in sua prax. par. 5. gloss. suspectorum num. 21. & 22.**
- Iudex an possit reuocare suam interlocutoriam post interpositam appellationem parte absente, Specul. in tit. de except. §. fin. num. 37. vide Capell. Tholos. quest. 186.**
- Iudex appellationis ab interlocutoria, non potest cognoscere nisi de gra.**

- grauamine expresso in appellatio-
ne, Clemētina appellati cap: vt de
bitis, & cap. Romana de appellat.
Vant. de nullitat. tiul. coram quo
nullit. propon. possit num. 7.
- Iudex ordinarius potest reuocare
interlocutoriam latam à delegato,
Prax. Archiep. Neap. cap. 85. n. 27.
- Iudex qui ex iuris ignorantia, vel ex
sua voluntate detulit appellationi
in causa non appellabili nō potest
suam sententiam exequi, cap. cum
appellationibus friuolis de appel-
lat. in 6. vbi Ias. Andr. & Anchar.
Angel. & Imol. in l. constitutiones
ff. de appellat. Ias. in l. patre furioso
num. 11. ff. de his qui sunt sui, vel
alieni iur. Gomez. in tract. de tor-
tura n. 32. in fin. Gabriel conf. 35.
lib. 1. nu. 5. & seq. Rolan. conf. 77.
lib. 2. Pregr. de fideic. art. 46. n. 51.
- Iudex reuocatus procedēdo ad vltē-
riora ante notā reuocationē benē
procedit, Alex. conf. 146. n. 21. lib.
5. Lancell. de attētat. par. 2. cap. 10.
sub rub. de attent. post suoc. caus.
in 2. limit. nu. 21. Capell. Tholos. q.
481. vbi distinguit Benint. dec. 41
- Iudicis assertioni nō creditur ad iu-
stificandam suam sententiam, Cra-
uert. conf. 171. num. 7.
- Iudex iniuste facit concedendo mā-
datum de immittendo non dato
curatore hēreditati iacenti, Rot.
decif. 520. par. 1. diuers.
- Iudex postquam remisit causam ad
superiorem nō potest se intromit-
tere, cap. licet de offic. legat.
- Iudici qui grauauit non est remit-
tenda causa, Bellam. decif. 24.
- Iudex quomodo, & qualiter estimā-
tionem rei ex officio facere possit
& debeat, valere aliter non proba-
to, Hyer. Cagn. in l. 2. num. 255. C.
de rescind. vendit. & nu. 265.
- Iudex appellationis in causa grauā-
minis, si grauamen non extat, &
pronunciauerit, non potest cogno-
scere de negotio principali, Bel-
lam. dec. 23. & causa est remitten-
da ad primum quamuis secundus
pronunciauerit, Bellam. dec. 35.
- Iudex inferior non cognoscit de in-
iustitia causę terminatę per super-
iorem, Crauert. conf. 148.
- Iudex procedens ad capturam ali-
cuius in criminalibus absque in-
dicijs, non cadit in penam, vt ele-
ganter dixit Bald. in l. & si certus
ff. ad Syll. Bald. in l. 2. C. de his qui
latr. Ang. in l. item apud Labeonē
§. quęstionis ff. de iniur.
- Declara vt non procedat de iure
communi, secus de iure huius Re-
gni, nam ita demum detinetur in-
quisitus cū incipit constare per
vnum testem de visu, & est alias re-
sperfus infamia de illo crimine, de
quo agitur per Ritur Magnę Cu-
rię, cuius est initiū, item si accusa-
tur sub rubr. detinetur inquisitus.
- Iudex secundus non subrogatur in
locum primi nisi in causis iurisdic-
tionalibus, & contentiosis, non in
gratiosis, Bellam. decif. 328.
- Iudex non inquirat ad depositionem
socij criminis, Dec. conf. 175. &
alios, quos refert Angel. in tract.
malef. in verb. hęc est quędam in-
quisitio.
- Iudex potest cogere partes ad con-
cordiam, Tbesaur. decif. 89. nu. 3.
& Assist. decif. 149.
- Iudex qui dedit pro apostolis termi-
num iuris, potest in possessorio an-
te responsonem dare mandatam,
Mant. decif. 167.
- Iudex non debet inquirere nisi pę-
cedente infamia maleficij, Host. in
summa. de inquis. in §. qualiter pro-
cedatur in verbo vers. quod si alias.
Limita vt non procedat quando
agit ex mero, & puro officio, & tra-
ctatur de peccatorum correctio-
ne, & periculo animarum, Add. ad
Angel. in suo tract. malef. in verb.
vbi

- vbi supra circa princ.
- Iudex** appellationis si sibi cōstet appellationem nulliter interpositā non potest principaliter confirmare sententiā Iudicis à quo, sed per modū causæ, Bellam. decif. 122.
- Iudex** quamuis habeat plures collegas potest allegari suspectus, cap. causā quæ de offic. Iudic. delegat. vbi Felyn. & DD. & ibi enumerant causas suspicionis.
- Iudex** criminalis potest incidenter condemnare reum ad restitutionē damnorum, & interesse, Roland. conf. 30. lib. 2.
- Iudex** qui aliās fuit in causa aduocatus potest tamquam suspectus remoueri, Abb. in cap. irrefragabili de offic. Iudic. ordin.
- Item si habet consimilem causam, cap. causā quæ de Iudic. vbi Abb. & Add. afferunt alios casus, & vide Oldrad. conf. 301. num. 3.
- Iudex** ex causa rei suæ alienationem prohibere potest, l. prospexit, & ibi gloss. notat ff. qui, & à quib.
- Iudices** maiores possunt ex causa leges transgredi, Rot. decif. 753. par. 1. diuers.
- Iudex** non potuit se fundare in his quæ non sunt de actis, Rota in vna Bononienf. de Budriolis coram Orano relata in decif. 445. num. 8. par. 1. diuers.
- Iudex** ex officio potest condemnare in expensis, etiam si petitæ non fuerint sicut poterit iudicare super accessorijs, & virtualiter ex natura primæ actionis comprehēsis, & in consequētis ipsius causæ, etiam quod petitæ non fuerint, ita argumentatur Specul. in tit. de expens. §. 3. in 1. allegat. ff. de re iud. l. Paulus ff. de furt. vide Bartol. in l. quarta §. hoc autē n. 9. ff. de damn. infect. vbi dicit quod quando expensæ non sunt petitæ Iudex non tenetur, poterit tamen si voluerit, latē Muscatell. in sua prax. part. 7. gloss. condemnando num. 89.
- Iudex** qui in vno grauauit potest allegari suspectus in omnibus cap. ad hæc de appellat. Curt. iun. confil. 312. num. 7.
- Iudici** si constet actorem experiri ne actione, etiam si à reo non allegetur, ex officio debet absoluerē gloss. & Bart. num. 20. in l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.
- Amplia vt id procedat etiam si apparet de actione quæ elideretur opē exceptionis, & ista exceptio inesset ipsi actioni, Bart. vbi supra, & in l. lecta ff. si cert. petat.
- Amplia etiam si extrinsecus appareat de exceptione, ex cuius omissione actor sit locupletior cum aliena iactura, quia nec tunc est opus exceptionem opponere, l. planē, & l. fin. ff. de petit. hæred. Bart. vbi supra, secus autem si non locupletaretur cum aliena iactura, vt per gloss. & Bart. in d. l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.
- Iudex** non præsumitur velle aliquem sua possessione, vel iure priuare, l. fin. C. si per vim, vel alio modo Anchar. conf. 127. num. 1. Innocent. in cap. quoniam frequenter extr. vt lite non contestata, Alex. in l. clam possidere §. qui ad nundinas sub num. 3. ff. de acquirend. possess. Alex. in l. filiosam. §. si vir. num. 7. ff. solut. matr.
- Iudex** appellationis potest reformare sententiā nedum ad instantiam appellantis verū & appellati, Alex. ad Bart. in l. cum apud ff. iudicat. solut.
- Iudex** appellationis habet iurisdictionem per deuolutionem circa ea quæ in prima instantia sunt deducta, & non super alijs, Affli. de decif. 155. num. 3.
- Iudex** potest declarare suam sententiā, vt latē tradit Io: Ferr. Montan. in tit. de appellat. cap. 5. Bart. in l.

- in l. 2. C. de sentent. ex breuiculis. recitand. num. 4. & ibi Add. DD. in cap. nouit de Iud.
- Iudicis licentia non causat amissionem possessionis, Mant. decif. 167.**
- Iudex secularis non cognoscit de causa spiritali, etiam incidenter, Abb. in cap. tuam num. 7. extr. de ordin. cognit. & num. 9. vbi distinguit.**
- Iudex appellationis quando præf. sit sententia absolutoria in prima, sententiando bene appellatum, condemnat aduersarium Abb. Felyn. num. 2. & alij in cap. cum causam extr. de sentent. & re iud. sed melius est vt ulterius procedat condemnando, Bart. in l. Aemilius nu. 6. ff. de minorib. Addent. ad Bart. in l. cū apud ff. de iudicat. soluend. Capell. Tholos. quæst. 224.**
- Iudex carens iurisdictione pronunciando se competentem efficitur competens si i sententia non appellatus, Ferret. conf. 43.**
- Iudex competens super vna re ex aliqua conuentione præcedente, efficitur iudex in omnibus ex illa conuentione propter connexitatem, Aret. conf. 83. Bald. & DD. in l. Papinianus C. de sentent.**
- Iudex qui habet iurisdictionem elidibile exceptione, bene agit ante oppositionem, Rot. decif. 105. par. 2. diuers. in fin.**
- Iudex qui habet limitatam iurisdictionem vsque ad certam summam, debet attendere valorem rei secundum tempus petitionis, Rota. decif. 764. par. 1. diuers.**
- Iudex appellationis tenetur seruare ea ad que tenebatur iudex, à quo Roland. consil. 48. num. 13 lib. 3. quod declara in concernentibus decisionem, secus in respiciētibus ordinem, & processum, nam debet seruare stylum sui Tribunalis, Felyn. in cap. 5. de constit. sub num.**
- 3. Bellam. decif. 78.**
- Declara primam propositionem, quando non superuenisset constitutio declaratoria, quia isto casu non tenetur sequi, nec etiam in decisorijs, Felyn. vbi supra sub numer. 7.**
- Iudex appellationis succedit in locū primi iudicis, vt emendet quod malè factum est, Bellam. decif. 41.**
- Iudex appellationis potest pronunciare super desertione appellationis, Felyn. in cap. ex parte num. 8. de rescript. Alex. conf. 105. lib. 5.**
- Declara primo si appellans comparuerit coram iudice appellationis, aliàs secus cum coram eo nulla sit instantia, Felyn. vbi supra.**
- Declara secundo si sit iudex appellationis principaliter, quia cū nō possit cognoscere de appellatione nisi sit certus de iurisdictione, Felyn. vbi supra num. 10. alia vide supra in verb. appellatio.**
- Iudex delegatus habet iurisdictionem contra turbantes iurisdictionem suam, cap. 1. de offic. iud. deleg. etiā quod in litteris non sit clausula competentes, declara vt per Fely. ibi sub num. 14.**
- Iudex habet iurisdictionem ex sola rescripti præsentatione, Verall. decif. 224. num. 4. Gratian. discip. forens. 171.**
- Iudex à quo potest pronunciare causam desertam, & suam exequi sententiam, Felyn. in cap. ex parte el segundo num. 8. & 10. de rescript. Limita procedere si sit ordinarius, secus si sit delegatus, Fely. d. cap. ex parte el segundo de rescript. nu. 8.**
- Iudex quando possit cognoscere an sua sit iurisdicō, & quid in delegato, vide Felyn. in cap. super litteris de rescript. vbi asserit plures limitationes.**
- Iudex qui tulit sententiam in causa appellationis non est citandus, Fe-**

- Iyn. in cap. dilectus de reſcript.
 Limita quando ex officio proceſſit
 & alijs modis, vt ibi per Felyn.
- Iudicis officium eſt curare ne iudi-
 cium ſit eluſorium, etiam parte nõ
 opponente, Rot. decif. 666. par. 1.
 diuerſ. in fin. vide decif. Bellam.
 120.
- Iudex à quo non inhihet Iudici ad
 quem, niſi præmiſſa cognitione an
 cauſa ſit appellabilis, Abb. & Fely.
 in cap. dilectus el ſegundo de re-
 ſcript. num. 14.
- Limita vt procedat in Iudice in-
 feriori, ſecus ſit delegatus à Papa,
 quia ſtatim inhihet declarando, vt
 ibi per Felyn.
- Iudex qui vult bannitum, & foriudi-
 42 catum morti tradere iuxta con-
 ſtitutionem pœnam horum de for.
 ban. & foriud. faciat ad cautelam
 quod ille forbannitus, vel foriudi-
 catus per ſententiã foriudicatio-
 nis cõſiteatur ſe eſſe illum de quo
 ſententiã loquitur, ita docet Bart.
 in l. demonſtratio col. penul. ff. de
 cond. & demonſtrat. & in l. inter
 ſtipulãtem §. ſi ſtichum ff. de verb.
 oblig. Bald. in cap. 1. de feud. ſine
 culp. non ammitt. Ang. & Imol. in
 l. nominatim de hæred. inſtit. Fe-
 lyn. in cap. ad abolendam ad fin.
 extr. de hæret.
- Iudex alterius territorij, quando ad
 litteras alterius exequatur ſentē-
 tiam, vide per Abb. & Felyn. in
 cap. poſtulati de foro competenti,
 Surd. conf. 204.
- Iudex delegatus cum clauſula, quod
 ſi ambo, procedens cum Iudice re-
 cuſato nulliter agit cum ſuper
 de offic. delegat.
- Iudex poteſt exercere iuriſdictionem
 quatenus non venerit ſucceſſor
 etiam vltra tempus officij, l. memi-
 niſſe ff. de offic. procur.
- Iudici nulliter, & iniuſtè proceden-
 ti reſiſti poteſt, Felyn. cap. ſi quãdo
 de offic. Iudic. delegat.
- Iudex inferior non reuocat geſta per
 ſuperiorem, Crauert. conf. 148. nu.
 3. & ſeq.
- Iudex ordinarius poteſt reuocare ſuã
 ſententiã nullam, Felyn. in cap.
 in litteris de offic. Iudic. delegat.
 Vant. de nullit. tit. coram quo poſ-
 ſit null. propon. num. 9. Imol. conf.
 97. Capell. Tholoſ. quaſt. 114. & ibi
 de delegato.
- Iudex appellationis à diffinitiuã, ſi
 appellatio non apparet non poteſt
 de ſuper ſententiã, Bellam. decif.
 28. ſed duntaxat ſuper nullitate
 appellantis, vt per Ceſ. de Graſſ.
 decif. 2. de reſcript.
- Iudex qui habet iuriſdictionem in
 officio, nõ in proprietate, non po-
 teſt facere gratiam l. ſeruos C. ad l.
 Iul. de vi publ. Vinc. de Franch.
 decif. 370.
- Iudici aſſerenti in ſententiã ſe vidif-
 ſe acta nõ creditur, Rota corã Or-
 tombègo in Meluitana conferum
 17. Octobris 1610. lib. 3. fol. 385.
- Iudex qui detulit appellationi in
 cauſa inappellabili intelligitur de-
 tulifſe quo ad effectum deuolutiuũ
 faciunt tradita per Beninten. de
 cif. 17.
- Iudex qui habet duplicẽ iuriſdictionem
 ſi ſe non reſtringit ad vnã
 valet actus ex alia, Rot. decif. 96.
 p. 2. diuerſ. vide Add. dec. Seraph.
 1058.
- Iudex delegatus ſiue benè, ſiue malè
 pronunciet dicitur ſanctus officio
 ſuo, & non poteſt reponere, Bald.
 in l. vt perſonis C. quomodo, &
 quando Iudex, Rot. decif. 16. de re
 iud. in nou.
- Iudex licet non poſſit prorogare fa-
 talia, poteſt tamen ſuſpendere il-
 lorum curſum, Alex. conf. 74. num.
 13. lib. 4. Purpur. conf. 169. Rota
 coram Mellino in Placentina vſu-
 rarum 12. Februarij 1593.

Iudex pronunciando super non peti-
gismale, & fatue agit Bellam. dec.
705. num. 2.

Iudex inique procedit exequendo
sententiam iniustam, Siluan cons.
47. num. 1.

Iudex potest deuenire ad torturam
contra illum ex omnibus, qui fue-
runt in rixa, qui alijs alteri intulit
vulnus, vide infr. in verbo plures
num. 20.

Iudices qui committunt baratariam
sindicantur via ordinaria, vide su-
pra in verb. Barataria num. 9.

Iudicis maioris presentia quando
impediat minoris iurisdictionem,
vide infra in verb. maior vers. ma-
ioris iudicis.

Iudicium.

Iudicium summarium, & executiuu
non æquiparantur, & de vno ad
aliud non tenet argumentum, Ca-
nar. de execut. instrum. quæst. 33.
num. 71. add. ad Marant. in 5. par.
principali nu. 4. Assin. in sua prax.
par. 1. cap. 3. num. 40. & 46.

Iudicium ceptum contra condemna-
tum expirat facta publicatione,
Abb. cons. 84. num. 4. lib. 2. Peregr.
de fideic. art. 53. num. 25.

Iudicium vbi ceptum est ibi finem
habere debet, l. vbi ceptum de iu-
dicijs, Rota coram Pamphilio in
vno lauden. pecuniaria 2. Iulij
1588.

Amplia in his quæ sunt voluntarie
iurisdictionis sup. allegat. 78. & ibi
Add. num. 18.

Limita pluribus modis, vt per Fe-
lyn. in cap. ex tenore de rescript.
& in cap. cum M. Ferrariensis 12.
col. vers. extra gloss. quæro de con-
stit. Pedemon. dec. 177. Surd. cons.
542.

Iudicium si absolutè posset incipere,
ab articulis auferentur Reis de-
fensiones, nam aduersus nouam ac-
tionem ab actore inpositionibus

deductam non possent deliberare,
nec suas opponere exceptiones ad
finem se defendendi, & sic declara-
dictam praxim non posse procede-
re, nec sic simpliciter esse admittē-
dam, sed secundum Muscatell. in
sua prax. par. 1. gloss. petitur num.
48. si fortè actio prima ab actore
per solemnem libellum, vel talem
qualem petitionem, satis ineptè, &
minus concludenter fuerit pro-
posita, potest ab eodem inpositi-
onibus, & articulis accommodari,
melius aptari, & declarari, ac etiã
noua capita deduci dum etiã à
principali actione descendant, ca-
pita verò omninò diuersa deduci
nullo modo possunt, quia hoc casu
nouum erit iudicium, latè Musca-
tell. vbi supra.

Iuramentum, & Iurans.

Iuramentum appositum in instrumē-
to, habet executionem paratam,
Ias. cons. 85. lib. 1.

Iuramentum quando firmat contra-
ctum alijs nullum, vide Capell.
quæst. 383.

Iuramentum in litem veritatis qui-
bus casibus sit deferendum, Me-
noch. de arbitr. Iudic. lib. 3. cas.
208.

Iuramentum in litè defertur contra
occultantem scripturas, Crauet.
cons. 6. num. 8.

Iuramentum in supplementum quæ-
do potius actori, quàm reo sit defe-
rendum, Capell. Tholosan. q. 407.

Iuramentum in supplementum non
potest deferri post conclusum in
causa, Bart. & DD. in Ladmonen-
di ff. de iure iurando, Roman. con-
sil. 355. num. 5.

Iuramentum in supplementum non
defertur in actione famosa, Capell.
Tholos. quæst. 347.

Iuramentum præstitum die feriato
in honorem Dei non tenet, Surd.
cons. 87. lib. 1.

- Contra Rot. coram Sefaphino in Romana donationis 27. Aprilis 1587.
- Iuramentum metu præstitum non est spernendum, sed ab eo est petenda absolutio, *Surd. conf. 38. vbi declarat.*
- Iuramentum potest per partem remitti, *Addit. ad Capell. Tholosan. quest. 73.*
- Iuramentum non potest validè interponi in die feriatò, etiam in actibus voluntariè iurisdictionis, *Surd. conf. 87. num. 14. lib. 1.*
- Iuramento non suppletur defectus solemnitàtis probatoriæ, *Bart. in l. si quis pro eodem ff. de fideiussor. Curt. iun. conf. 198. num. 21. lib. 3.*
- Iuramentum affectionis quando sit præstandum, & quæ requirantur, tradit *Bartolin. in actionibus*, & ibi *DD. ff. de in litem iurãdo scribentes in §. præterea in lit. de act. & quid de iuramento veritatis.*
- Iuramentum non impedit reuocationem actus sui natura reuocabilis, *Rot. decif. 489. num. 5. par. 1. diuers.*
- Iuramentum quando confirmet contractum nullum, *Bart. in l. si quis ff. de fideiussor. Surd. conf. 30. num. 20.*
- Iuramentum credulitatis præstatum super articulis concernentibus factum alienum, *Put. decif. 275.*
- Iuramentum de calumnia in causa matrimonij non præstatum, *cap. litteras extr. de iuram. calum.*
Limitatur nõ procedere super exceptionibus eiusdem causæ, *cap. litteras tuas, & ibi gloss. extr. de restitut. spoliat.*
- Iuramentum suppletorium non est deferendum ei, qui semiplenè probauit, nisi parte citata, *l. in l. ne quicquam §. vbi decretum nu. 5. ff. de offic. proconf. de quo vide Marant. in tract. de ord. iudic. in 6. part. princ. in nono actu vers. de-*
- feratur aliquando iuramentum per totum, & nu. 12. dicit deferri posse etiam post conclusum in causa, quando causæ sunt summarie, non tamen deferitur si adest aliqua præsumptio contra iurare petentem, *Benint. decif. 67. num. 5. quia iuramentum in supplementum non deferitur ei, qui alias periurauit Crauett. conf. 191. in fin.*
- Iuramentum interpositum super contractu à lege prohibito, & dirigente præceptu in personam contractum prohibitiuè contractum non firmat, eo quia est interpositum contra præceptum legis, & sic non potest seruari, absque dispendio salutis æternæ, *Caualean. de tutor. & curat. num. 168.*
- Iuramentum non obstat minori læso, qui potest venire contra instrumentum iuratum, *Rolan. conf. 7. lib. 3. Surd. conf. 87. lib. 1.*
- Iuramentum non supplet id quod est solemnitatis, nec habet vim expressi, *Spin. de testam. gloss. 11. num. 110.*
- Iuramentum intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur, *l. fin. C. de nõ numer. pecun. declara vt latè per Rolan. conf. 77. num. 17. & seq. lib. 1. Crauett. conf. 101. num. 7.*
- Iuramentum contra bonos mores nõ est obligatorium, *cap. non est obligatorium de reg. iur. in 6.*
Declaratur vt hoc procedat contra bonos mores iuris naturalis, vel canonici, *Mantic. de tacit. conuent. lib. 13. tit. 27. num. 4.*
- Iuramentum deferitur ex præsumptione, *gloss. in cap. à nobis extr. qui matr. accusare possunt.*
- Iuramentum remittitur voluntates partium, *Capell. Tholosan. quest. 182.*
- Iuramentum malitiæ præstatum in qualibet parte iudicij, *Specul. de iuram.*

juram. calum. §. 1. Capell. Tholos. quæst. 108.

Iuramentum calumnie præstatur prius ab actore, quam à reo, & possessore gloss. in l. sicuti, §. sed si quæritur ff. si seruit. vendicet.

Iuramentum calumnie debet præstari etiam à defensore, gloss. in l. liberto §. fin. ff. de negotijs gestis, & à fideiussore, ac à procuratore in rem suam, gloss. iur. solutionem ff. de solut. Bartol. in l. qui bona §. si quis stipulatus, & §. si alieno ff. de damn. infect.

Iuramentum calumnie potest præstari per procuratorem habentem speciale mandatum, quia potest iurare de calumnia in animam principalis, gloss. in cap. in pertrahendis extr. de iuram. calum. Bartol. in l. qui bona §. si alieno ff. de damn. infect. immo requiritur mandatum singulare, Roland. conf. 26. num. 3. lib. 2.

Iuramentum vnum calumnie an sufficiat in tota causa, vel debeat reiterari, vide latè per Aret. in instit. de poena temerè lit. in princ. num. 9. gloss. in cap. litteras in verb. iuramento extr. de restit. spoliat. glo. in l. qui bona §. si quis stipulatus ff. de damn. infect.

A iuramento per metum extorto, quod potest cadere in constantem virum, debet fieri absolutio per Ecclesiam, text. est in cap. verum extra de iureiur.

Nota quod in absoluteione ab huiusmodi iuramento per metum extorto non debet dici, non observatur iuramentum, sed dici debet, non astringo te ad observandum, nec propterea te punio, ita docet Bald. in d. cap. verum extra de iureiur. D. Ioan. de Arnon. ita refert in comment. 50. fol. mihi 87.

Iuramentum calumnie non præstatur in iurisdictione voluntaria,

Aret. instit. de poena temerè lit. in princ. num. 4.

Iuramentum non præstatur in causis spiritualibus cap. 2. extr. de iuram. calum. gloss. in cap. litteras extr. de restit. spoliat.

Iuramentum calumnie in causa principali non præstitum non potest præstari in causa appellationis, Curt. iun. conf. 284. num. 13. lib. 3.

Iuramentum calumnie non præstatur à procuratore fisci, nec à domino quando litigat cum vassallo, quia non tenentur iurare de calumnia, Surd. decis. 18.

Iuramento decisivo delato, & suscepto, an minor deferens audiatur volens per testes probare, decis. Pedemon. Theaur. 240. & vide Aret. in §. æquè institut. de except. sub num. 3.

Iuramento decisivo res terminata, nunquid in contrarium attèdatur confessio partis, Morot. resp. 76.

Iuramentum suppletorium non est deferendum ei, qui tenetur per scripturam probare, secus in decisivo, Theaur. decis. Pedem. 256.

Iuramentum suppletorium non est deferendum ad probandam commissionem poenæ, Becc. consil. 41. numer. 11.

Iuramentum suppletorium in graui causa deferitur si sit plusquam simpliciter probatum, Rot. coram Mantica 22. Junij 1587.

Iuramentum quod præstatur à procuratore in animam principalis non ligat ipsum procuratorem, Aret. in §. æquè institut. de except. num. 6.

Iuramenti decisivi oblatio non admittitur quando fuit iam per testes probatum, Theaur. decis. Pedem. 93. & vide Cagnol. in l. 2. nu. 265. C. de pact. inter empt. & vendit. Surd. conf. 221. lib. 2. vel quando illius acceptatio nihil operatur, Surd.

- Surd. conf. 190.**
Iuramentum non defertur nec à con-
 iuncto, nec à minore, **Surd. confil.**
 190.
- Iuramentum** potest offerri etiã quod
 sit lapsum tempus datum ad pro-
 bandum per omne genus proba-
 tionis, **Cagnol. in l. 2. C. de pact. in-**
ter empt. & vendit. num. 270.
- Iuramentum** potest fieri super Altari
 & cum deicatione, **Becc. conf. 7.**
 per totum.
- Iuramento** probatur quãtitas rei de-
 bitã, **Capoll. caut. 210. Dec. conf.**
 536. **Boer. dec. 243. num. 14. Marf.**
singul. 322. Rip. in l. admonendi
num. 188.
- Declara** quando substantia debiti
 probaretur per testes, **Rot. decif.**
 746. par. 1. vide decif. **Pedem. 96.**
Ioseph. Ludouic. decif. Perus. 100.
 & quando probatur coniecturis,
Put. decif. 291. lib. 2.
- Iuramentum** decisuum oblatum, &
 non receptum iuxta formam obla-
 tionis nihil operatur, **Ias. conf. 86.**
 lib. 1.
- Iuramentum** decisuum oblatum su-
 per consignatione, si non etiam
 comprehendat solutionem potest
 licitè reculari, **Ias. conf. 86. lib. 1.**
- Iuramentum** vt solemniter præstitum
 dicatur requirit tactum scriptura-
 rum, de quo vide **Thesaur. dec. 47.**
 vbi distinguit.
- Iurans** credere rem esse vtilem non
 punitur de periurio, eo quia est iu-
 rametum de credulitate cap. quã-
 to, & ibi **DD. de iurjur. Lambert.**
 de contract. gloss. 15. num. 7.
- Iurare**, an teneatur reus, vide infra
 in verb. reus vers. 2.
- Iurisdiclio.*
- Iurisdiclio** in dubio præsumitur data
 cumulatiuè, non priuatiuè, de quo
 vide per **Aret. conf. 102. vbi quan-**
 do est data respectu certi generis
 personarum.
- Limita** in domino feudi, in Iudice
 dato in vna parte territorij, ac
 quando ex verbis aliter appareret,
 & in delegato, **Felyn. in cap. cate-**
rum num. 4. de iudicijs.
- Iurisdiclio** cõpetès Iudici inferiori,
 quando dicatur competere cumu-
 latiuè, vel priuatiuè, vide per **Fel-**
lyn. in cap. Pastoralis num. 2. de of-
ficio Iud. ordin.
- Limita** vt ibi per eum.
- Iurisdiclio** Castri continuatur per
 possessorem eiusdem Castri, **Put.**
decif. 300. lib. 2.
- Iurisdiclio** Episcopi in sua diocesi
 est fauorabilior iurisdictione le-
 gati, **Bellam. decif. 512. num. 4.**
- Iurisdiclio** Iudicis criminalis est dis-
 tracta ab illa Iudicis ciuilibus, etiam
 in eodem Tribunali, **Rota decif.**
 445. par. 1. diuers.
- Iurisdiclio** Iudicis ordinarij quando
 dicatur excitata per superuenien-
 tem commissionem, & quando ef-
 ficiatur delegata, vide per **Felyn.**
 & **Abb. in cap. licet in corrigendis**
 de offic. ordinarij. & dicitur de-
 legata, quando adest clausula omni
 appellatione remota, **Aret. in l. fin.**
 9. interdum num. 23. ff. à quibus ap-
 pell. licet vel non præct. **Archiepif.**
Neap. cap. 88. Capell. Tholosan. q.
443. Boer. decif. 151.
- Iurisdiclio** adiuncti ordinario non
 expirat morte delegantis, secus si
 adiungatur delegato re integra,
Felyn. in cap. relatum in fin. de of-
fic. Iud. delegat.
- Iurisdiclio** non competit ante præse-
 rationem rescripti, **Dec. in cap. su-**
per eo num. 25. & sequent. extr. de
appell.
- Iurisdiclio** Iudicis delegati quando
 extinguitur per suspensionem, seu
 inhabilitatem delegantis, vide **Abb.**
 & **DD. in cap. licet vndique extr.**
 de offic. Iud. delegat.
- Iurisdiclio** data à priuatis cum appo-
 sitio.

stione poenæ, altera parte sententiam non seruante non incidit in poenam, Abb. & Felyn. in cap. significationibus de offic. deleg.

Iurisdictio non residet penes populum, sed est translata in Principem, Alex. conf. 16. num. 19. lib. 5.

Iurisdictio Iudicis limitata potest prorogari, Guid. Pap. decif. 285. & aliqua etiam vide supra in verbo delegatus.

Ius.

Ius naturale per ius ciuile tolli non potest l. iura sanguinis ff. de regul. iur. & instit. de iur. nat. gent. & ciuil. §. sed naturalia, & §. minus ergo de hæred. quæ ab intestat. deferrunt.

Limitatur primo vt non procedat in parte, nam ius naturale à iure ciuili potest corrigi §. quod autem instit. de capit. diminut.

Limitatur secundo non procedere quo ad effectum, nam ius ciuile potest efficere ne fortiatu effectum suum, vt instit. de hæredit. quæ ab intestat. deferrunt. §. emancipati, & l. minimè ff. de relig. & sumpt. funer.

Tertio limitatur quod possit adumbrari per fictionem, veluti quando lex fingit deportatum esse mortuum tex. est in §. quod autem instit. de capit. diminut. & in l. si necem §. si deportatus ff. de bonis libert. Bart. l. si adulterio §. liberto ff. de adulter. & in terminis Non. conf. 112. num. 7. Bartol. in l. vt vim de iust. & iur. & ibi Bologn. Riminal. iun. Dec. in l. iura sanguinis ff. de iust. & iur. cap. finali de Clerico venatore.

Ius superueniens ex causa de præterito confirmat intentionem agentis, quod non procedit vbi in libello est expressa certa causa Lambert. de contract. gloss. 24. nu. 14.

Ius in regularibus non acquiri-

tur, donec quis fuerit realiter receptus, & habuerit habitum, Capell. Tholof. quest. 273.

Ius accrescendi habet locum inter hæredes si alter cohæres nolit adire hæreditatem l. vnica C. quando non petent. part.

Limita non procedere si aderit, & postea per beneficium restitutionis repudiauerit, quia isto casu, non accrescit cohæredi, sed distribuitur inter creditores hæreditarios. Marant. in l. si potest ff. de acquir. hæred.

Ius accrescendi non habet locum in portione limitata à lege, lorde Garçon. in l. 1. super gloss. sub num. 8. C. de secund. nupt.

Iura subueniunt magis contrahenti ex necessitate, quam ex voluntate, l. quod si minor §. restitutio ff. de minorib.

Ius accrescendi habet locum in fideicommissis quamuis portiones essent separatim relicte, Decian. conf. 40. num. 26. lib. 1. Petr. Ant. de Petra de fideic. quest. 9. nu. 254.

Ius offerendi non competit post sententiam, & adiudicationem factam, Afflicti. decif. 187. & 188. Paris. cõf. 42. latè Capyc. decif. 41. vbi plures affert limitationes, vide Thefaur. decif. Pedem. 157. Neguf. de pign. in 1. p. 3. memb. primæ partis princip. num. 3.

Iuri offerendi non præscribitur, Felyn. in cap. cum accessissent nu. 28. de constitut. vide Abb. in cap. quoniam frequenter §. vltimo nu. 44. extr. vt lite non contest. Arch. in §. actionum num. 119. instit. de action.

Iura possunt recognosci etiam post sententiam, Peregrin. decif. 151. lib. 3. & omisso recognitionis iuris inducit nullitatem, etiam in executiuis, Achil. dec. 1. de rescript. Mardos. ad regul. Cancell. quest. 7. num.

num. 2. verſ. hic. voluit Rota.

Iura tunc dicuntur de actis quando pars eſt citata ad dicendum contra alias ſecus, Gomez. ſuper reg. de Annali quaſt. 4. num. 5. & tunc non poſſunt per partem reuocari, ſecus ſi pars non fuiſſet citata, Put. decif. 270. lib. 2.

Iura ſatis dicuntur in forma probante quando conſtat de illorum eſſeſtuatione, Aym. conſ. 101. num. 4.

Iura, actiones, & nomina debitorum non veniunt in conſiſcatione, ſeu publicatione bonorum foriudicationis cauſa facta, quia tex. vtitur 45. verbo poſſeſſiuo, & iura perſonalia non poſſidentur, Bald. in l. 1. circa princ. ff. de ſtat. homin. Ang. Aret. in tract. de malefic. in verb. & eius bona publicamus col. 2. verſ. quæro quis Iudicum poſſit.

Iura poſſunt recognoſci quando cunque parte non opponente, Peregr. decif. 151. lib. 3.

Iura exorbitantia loquentia de accuſatione non procedunt in denunciatione, & inquiſitione, Fræc. in cap. 1. §. illum de reſtit. ſpoliat.

Iuri contrarium dicitur quod eſt contra expreſſam iuris diſpoſitionem, Seraph. decif. 639.

Ius patronatus.

Ius patronatus cum autoritate Epifcopi poteſt de alio in alium traſferri, Rot. decif. 574. par. 1.

Ius patronatus relictum confraternitati laicorum dicitur laicale, Rot. decif. 574. par. 1.

Ius patronatus laicorum donatum Eccleſiæ dicitur Eccleſiaſticum, Seraph. decif. 1420.

Ius patronatus non acquiritur de Eccleſia in eſſe exiſtenti, licet augeatur dos, Rot. decif. 328. par. 1. & 457. num. 18. par. 1.

Ius patronatus familiæ potentis debet concludenter probari, Rot. decif. 199. par. 2. diſperſ.

Iuri patronatus competenti Clerico ex bonis patrimonialibus non derogatur per litteras Apoſtolicas, niſi de eo fiat expreſſa mentio, Felyn. in cap. Eccleſia num. 11. de cõſtitut. Abb. in cap. Abbatem de reſcript.

Ius patronatus conſeruatur ex præſentationibus factis à conpatrono, niſi illas fecerit animo priuandi alium, Ruin. conſ. 50. num. 8. lib. 5. Federic. conſ. 202. Abb. conſ. 54. lib. 1.

Ius patronatus acquiritur etiam mediante licentia ædificandi Eccleſiam, Rot. dec. 85. par. 2. diuerſ. vide decif. 167. par. 2.

Ius patronatus legari non poteſt abſque approbatione Epifcopi, Pancirol. conſ. 78. num. 16.

Limitatur ibi vt non requiratur conſenſus ſi legat Eccleſiæ.

Iuri patronatus laicorum non cenſetur derogatum, niſi expreſſè diſſi Abb. in cap. Abbatem de reſcriptis.

Iuſſum.

Iuſſum pretium fundi eſt quantum viginti annorum fruſtus deductis expenſis conſecerint, Didac. Co-uarr. var. reſol. lib. 3. cap. 9. num. 5. Auth. perpetua, & ibi gloſ. in verb. iuſta C. de ſacroſ. Eccleſ.

IN VERBIS, QVAE INCHOANT A LIT. L.

Lanones.

Lanones de iure communi quæ poena puniuntur, vide rex. in l. palam §. innocentiū ff. de rit. nupt. hodie verò de consuetudine lanones non puniuntur poena mortis, sed fustigantur cum mitra, & alia poena extraordinaria plectuntur, ita concludit Ludouic. Peguer. decis. 15. Rouit. pragm. 1. sub rubr. de lanonibus, quam videas, & etiam infra in verb. pater num. 16.

Lesio.

Lesio ultra dimidiam, arguit contractū re ipsā dolosum, Ant. Theaur. in decis. Pedem. dec. 223. DD. in l. 2. C. de rescind. vendit. & lesio re ipsa æquiparatur dolo ex proposito, Dec. conf. 179. num. 7. vbi latissime decis. Pedemont. 41. Crauet. conf. 192.

Lesio ad hoc vt non intret, debet considerari utilitas Ecclesie de tempore celebrati contractus, Rota. decis. 360. par. 1: vide coram Orano in vna Albanens. tenute 29. Maij 1592.

Lesio ultra dimidiam iusti pretij rei diuise, est quæ sufficit ad diuisionis rescissionem, D. Consil. D. Fracisc. Merlino in controuerf. foren. par. 1. cap. 58. in fin.

Laius.

Laius non potest se submittere excommunicationi alterius, quam sui Prælati ratione pacti, secus delicti, Felya. in cap. P. & G. de offic. delegat.

Laius an possit constitui ab Episco-

po in Vicarium, vide supra in verbo Episcopus num. 23.

Latrones.

Latrones publici, & viarū disrobatores qui dicuntur, vide in verb. furtū, versic. furtum vnicum, & an à quocunque Iudice capi, & puniri possint, vide latè per Ioan. Grand. in tract. de Bello exul. cap. tertio quæro sol. mihi 61. qui adducit pro parte negatiua septem fundamenta, & pro affirmatiua alia septem cum tribus rationibus, licet quod interpretatio istius quæstionis relinquatur Principi, concludat.

Laudemium.

Laudemium est onus reale, cuius precipuum est transire ad quemcunque possessorem cum re ipsa, l. possessores C. de fund. patrim. lib. 11. adeoq; rei inest, vt sine illius solutione rei emphyteoticæ alienatio non subsistat l. fin. C. sine cens. vel reliqu. vnde prout in cæteris oneribus realibus, veluti pro tributis dari hypothecam dixit Mastrill. decis. 171. in fine, & veluti pro decima cui laudemium æquiparatur, Alex. conf. 123. col. penult. vol. 5. quæ etiam præteriti temporis potest peti à nouo fundi possessore, vt per Franc. Marc. decis. 558. par. 1. quæst. 21. num. 6.

